Glosa super Lucan et Joannem

312.

N. Inv. 312.

1331
M.

Matheus Marcus lucas Johannes Lucas Mathus Marcus Johannes

Marcus Matheus lucas Johannes Johes Mathus marcus lucas

Mathus Marc' lucas Johes

Marc' Mathus lucas Johes

lucas Mathus Marc' Johes

Johes Mathus Marc' lucas

Sequens Registrum ostendit omnia ewangelia per totum annum tam de tempore quam de sanctis et ewangelistas et capitula et concordancias ewangelistarum

Lectio	Ev.	Cap.		Concordantiae
Dnica pa aduentus dni. Cum appropinquasset Jherosolimis et venisset bethfage	mt	21	a	11 a 19 c 12 a
feria 4. Venit Johes baptista predicans in deserto iudee et dicens. penitenciam agite	mt	3	a	1 a 3 a 1 3 c
feria 6. Dicebat Johes ad turbas que exibant ut baptizarentur ab eo genimina viperarum	lu	3	b	3 b 1 a 1 3 c c
Do 2a. Erunt signa in sole et luna et stellis et in terris pressura gencium pre confusione	lu	21	b	28 d 13 d
feria 4. Amen dico vobis non surrexit inter natos mulierum maior Johe baptista	mt	11	b	1 16 d b
feria 6. Interrogatus Jhesus a phariseis quando venit regnum dei. Respondit eis et dixit Non venit	lu	17	c	28 d e
Do 3. Cum audisset Johes in vinculis opera christi mittens duos de discipulis suis	mt	11	a	1 c
feria 4 quatuor temporum. Missus est angelus gabriel a deo in civitatem galilee cui nomen	lu	1	c	
feria 6. Exurgens maria abiit in montana cum festinacione in civitatem iuda	lu	1	d	
Sabbo. Anno quintodecimo imperii tyberii cesaris procurante poncio pylato iudeam	lu	3	a	3 a 1 a 1 c
Do 4a. Miserunt iudei ab Jherosolimis sacerdotes et levitas ad Johannem ut interrogarent eum	jo	1	c	3 a 1 a 3 a
feria 6. Johes perhibebat testimonium de Jhesu et clamabat dicens hic erat quem dixi	jo	1	b	3 11 b e 1 a 3 10 b c
In vigilia nativitatis christi. Cum esset desponsata mater Jhesu maria ioseph antequam convenirent	mt	1	e	
In nat. dni ad i missam. Exiit edictum a cesare augusto ut describeretur universus	lu	2	a	
ad primam missam. Liber generacionis Jhesu christi filii dauid filii abraham. abraham genuit	mt	1	a	3 e
Ad 2am missam. Pastores loquebantur ad invicem transeamus usque bethleem et videamus	lu	2	b	
Ad 3am missam. In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum	jo	1	a	
Stephi. Ecce ego mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas et ex illis	mt	23	c	11 13 g e
Johis. Dixit Jhesus petro sequere me. Conversus petrus vidit illum discipulum	jo	21	c	
Innocentum. Angelus domini apparuit in sompnis ioseph dicens Surge et accipe	mt	2	b	
Do infra octavas. Erat ioseph et maria mater Jhesu mirantes super hiis que	lu	2	f	
In circumcisione. Postquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur puer vocatum est	lu	2	c	
In vigilia Ephie. Defuncto herode ecce angelus domini apparuit in sompnis Joseph	mt	2	c	
In ephia dni. Cum natus esset Jhesus in bethleem iude in diebus herodis regis	mt	2	a	
feria 4 post Ephiam. Vidit Johes Jhesum venientem ad se et ait. Ecce agnus dei	jo	1	d	3 c 1 b 3 d
In octava Ephie. Venit Jhesus a galilea in iordanem ad Johannem ut baptizaretur ab eo	mt	3	c	1 b 3 d 1 d
Do pa post Ephiam. Cum factus esset Jhesus annorum xii ascendentibus illis in Jherosolimam	lu	2	g	
feria 4. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam qui preparabit viam tuam ante te	mr	1	a	11 3 a b c a 3 f a b 1 c d
feria 6. Regressus est Jhesus in virtute spiritus in galileam et fama exiit per universam	lu	4	b	4 13 g 16 d a e 4 c
Do 2a. Nuptie facte sunt in chana galilee et erat mater Jhesu ibi. vocatus	jo	2	a	
feria 4. Cum audisset Jhesus quod Johes traditus esset secessit in galileam et relicta	mt	4	b	1 c e 2 b
feria 6. Circuibat Jhesus totam galileam docens in synagogis eorum et predicans	mt	4	e	
Do 3. Cum descendisset Jhesus de monte secute sunt eum turbe multe et ecce leprosus	mt	8	a	1 g 5 1 b a
feria 4. Introivit Jhesus in synagogam et erat ibi homo habens manum aridam. Et observabant	mr	3	a	12 b 6 b 4 c
feria 6. Exeuntes pharisei cum herodianis consilium faciebant adversus Jhesum quomodo	mr	3	b	12 10 c a 6 9 c a 4 6 b a
Do 4. Ascendente Jhesu in naviculam secuti sunt eum discipuli eius et ecce motus	mt	8	c	4 e 8 c
feria 4. Factum est euntibus discipulis in via dixit quidam ad Jhesum Sequar te	lu	9	g	8 d
feria 6. Venit Jhesus in patriam suam et sequebantur eum discipuli eius et facto sabbato	[illegible]			
Do 5. Confiteor tibi domine pater celi et terre quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus	mt	6	a	13 g 4 b c 4 6 c d
feria 4. Quid vobis videtur. homo quidam habebat duos filios et accedens ad primum	mt	11	e	10 c
feria 6. Descendit Jhesus in capharnaum in civitatem galilee ibique docebat	mt	21	e	
	lu	4	d	1 e

Matḥs Marcus Lucas Johēs
Marcus Matḥs Lucas Johēs

Lucas Matḥs Marcus Johēnes
Johēs Matḥs Marcus Lucas

Matḥs Marc' Lucas Johēs
Marc' Matḥ' Lucas Johēs
Lucas Matḥs Marc' Johēs
Johēs Matḥs Marc' Lucas

Dō n̄ Ixp̄i. Dixit ē ihc discipl̄is suis parabolā hanc. Simile est regnū celorū homini negotiatori querenti bonas margaritas. Inuenta autem una pretiosa margarita abiit et uendidit omnia que habuit et emit eam. Iterum simile est regnum celorum sagene misse in mare et ex omni genere congreganti. Quam cum impleta fuisset educentes et sedentes elegerunt bonos in uasa sua malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum et mittent eos in caminum ignis ibi erit fletus et stridor dentium. Intellexistis hec omnia dicunt ei etiam. Ait illis propterea omnis scriba doctus in regno celorum similis est homini patri familias qui profert de thesauro suo nova et uetera. Et factum est cum consummasset ihc parabolas has transtulit se inde et uenit in patriam suam et docebat eos in synagogis eorum ita ut mirarentur et dicerent unde huic sapientia hec et uirtutes nonne hic est fabri filius nonne mater eius dicitur maria et fratres eius iacobus et ioses et symon et iudas et sorores eius nonne omnes apud nos sunt unde ergo huic hec omnia et scandalizabantur in eo ihc autem dixit eis quia non est propheta sine honore nisi in patria sua et in domo sua et non fecit ibi multas uirtutes propter incredulitatem illorum.

Dō p̄ma Ixp̄i. In illo tempore cum audisset herodes tetrarcha famam ihu dixit pueris suis hic est iohannes baptista ipse surrexit a mortuis et propterea uirtutes operantur in eo. Herodes enim tenuit iohannem et uinctum posuit in carcere propter herodiadem uxorem philippi fratris sui dixit enim ei iohannes non licet tibi habere eam et cum uellet eum occidere timuit populum quia sicut prophetam eum habebant. Natalicium autem herodis celebrantibus filie herodiadis saltauit in medio et placuit herodi unde cum iuramento pollicitus est ei dare quodcumque petisset. Illa autem ante instructa a matre sua ait da mihi hic in disco caput iohannis baptiste. Et contristatus rex propter iusiurandum et propter eos qui simul recumbebant iussit dari et misit decollauit iohannem in carcere et allatum est caput eius in disco et dedit puelle et puella obtulit matri sue. Et audierunt discipuli eius uenerunt et tulerunt corpus et posuerunt illud in monumento et uenerunt et nuntiauerunt ihu. Quo audito secessit inde in nauicula in locum desertum seorsum et non longe a ciuitatibus et secuti sunt eum pedestres de ciuitatibus et exiens uidit turbam multam et misertus est eis et curauit infirmos eorum. Cum autem sero factum esset accesserunt ad eum discipuli eius dicentes quia desertus est locus et hora iam preterit dimitte turbas ut euntes in castella emant sibi escas. Ihc autem dixit eis non habent necesse ire date illis uos manducare. Et dicunt ei non habemus hic nisi quinque panes et duos pisces. Ait illis ferte mihi hic illos. Et iussit turbas discumbere super fenum et accepit quinque panes et duos pisces et respiciens in celum benedixit et fregit et dedit discipulis suis discipuli autem turbis. Et manducauerunt omnes et saturati sunt et sublatum est quod superauit de fragmentis duodecim cofini plenos. Manducantium autem fuit numerus quinque milia hominum exceptis mulieribus et paruulis. Et statim compulit ihc discipulos suos ascendere nauem et precedere eum trans fretum donec dimitteret turbas. Et cum dimisisset turbas ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto solus erat ibi et nauis in medio mari iactabatur fluctibus erat enim contrarius ventus. Et in quarta uigilia noctis abiit ihc ad illos ambulans super mare et uoluit preterire eos. Illi autem uidentes eum ambulantem super mare turbati sunt dicentes quia fantasma est et prae timore clamauerunt. Et ihc locutus est cum eis et ait illis confidite ego sum nolite timere. Et ascendit ad illos in nauem et cessauit uentus et ualde apud semetipsos mirabantur. Non enim intellexerunt de panibus erat enim cor illorum obcecatum. Et transfretantes uenerunt in terram genesar et applicuerunt. Et cum egressi essent de nauicula cognouerunt eum et circumierunt uniuersam regionem illam et coperunt in grabatis eos qui male habebant ferre ubi audiebant eum esse. Et quocumque introibat in uicos aut in uillas aut in ciuitates in plateis infirmos ponebant et deprecabantur eum ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent et quicumque tetigerunt eum salui facti sunt.

Dō 2ª Egressus ihc secessit in partes tyri et sydonis. Et ecce mulier chananea a finibus illis et clamauit dicens ei miserere mei domine fili dauid filia mea male a demonio uexatur. Qui non respondit ei uerbum. Et accedentes discipuli eius rogabant eum dicentes dimitte eam quia clamat post nos. Ipse autem respondens ait non sum missus nisi ad oues que perierunt domus israel. Illa autem uenit et adorabat eum dicens domine adiuua me. Ipse autem respondens ait non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus. At illa dixit etiam domine nam et catelli edunt de micis que cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc ihc respondens dixit ei mulier magna est fides tua fiat tibi sicut uis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Et transiens ihc iterum a mari galilee ascendit in montem et sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbe multe habentes secum mutos claudos debiles cecos et alios multos et proiecerunt eos ante pedes eius et curauit eos ita ut turbe mirarentur uidentes mutos loquentes debiles sanos claudos ambulantes et cecos uidentes et magnificabant deum israel. Ihc autem conuocatis discipulis suis ait illis misereor super turbam quia ecce iam triduo sustinent me nec habent quod manducent et dimittere eos ieiunos nolo ne forte deficiant in uia. Et discipuli dicunt ei unde nobis in deserto tanta panes ut saturemus turbam tantam. Et ait illis ihc quot panes habetis at illi dixerunt septem et pauci pisciculi. Et precepit turbe discumbere super terram et accepit septem panes et pisces et gratias agens fregit et dedit discipulis suis discipuli autem turbis. Et manducauerunt omnes et saturati sunt et quod superauit de fragmentis septem sportas plenas. Erant autem manducantes quatuor milia hominum exceptis paruulis et mulieribus. Et dimisit turbas et ascendit in nauem cum discipulis suis et uenit in fines magedan. Et exierunt pharisei et coperunt conquirere cum eo signum de celo temptantes eum. Et ingemiscens spiritu suo ait quid generatio hec signum petit amen dico uobis si dabitur generationi huic signum. Et dimittens eos ascendit iterum in nauem et abiit trans fretum. Et obliti sunt panes accipere et nisi unum panem non habebant secum. Et precipiebat eis dicens uidete et cauete a fermento pharisaeorum et herodis. Et cogitabant ad alterutrum dicentes quia panes non habemus. Et cognouit ihc et ait illis quid cogitatis quia panes non habetis nondum intellegitis neque recordamini neque intellegitis adhuc cecatum habetis cor uestrum oculos habentes non uidetis et aures habentes non audiatis et non recordamini cum quinque panes fregi in quinque milia hominum quot cofinos fragmentorum plenos sustulistis dicunt ei duodecim. Quando et septem in quatuor milia quot sportas fragmentorum sustulistis et dicunt ei septem. Et dicebat eis quomodo nondum intellegitis. Et uenit bethsaidam et adducunt ei cecum et rogabant eum ut illum tangeret. Et apprehensa manu cecum eduxit extra uillam et expuens in oculos eius inposita manu sua interrogauit eum si quid uideret. Et aspiciens ait uideo homines tamquam arbores ambulantes. Deinde iterum inposuit manus super oculos eius et coepit uidere et restituta est ut uidit clare omnia. Et misit eum in domum suam dicens uade domum tuam et si in uillam introieris nemini dixeris neque in uillam ite. Et egressus ihc et discipuli eius in castella cesaree philippi et in uia interrogabat discipulos suos dicens quem me dicunt homines esse. At illi dixerunt illi iohannem baptistam alii autem heliam alii uero unum prophetarum. Et ipse interrogabat eos uos autem quem me esse dicitis. Respondens petrus dicit ei tu es christus filius dei uiui. Et comminatus est illis ne cui dicerent de illo. Et cepit docere eos quia oportet filium hominis multa pati et reprobari a senioribus et principibus sacerdotum et scribis et occidi et post tres dies resurgere. Et palam uerbum loquebatur et adprehendens eum petrus coepit increpare eum. At ille conuersus et uidens discipulos suos comminatus est petro et ait uade retro me satana quia non sapis que dei sunt sed que hominum. Et conuocata turba cum discipulis suis dixit eis si quis uult post me uenire abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam saluam facere perdet illam qui autem perdiderit animam suam propter me et euangelium saluam faciet illam. Quid enim prodest homini si mundum uniuersum lucretur detrimentum autem animae suae faciat aut quam dabit homo commutationem pro anima sua. Qui enim me confusus fuerit et uerba mea in generatione ista adultera et peccatrice et filius hominis confundetur eum cum uenerit in gloria patris sui cum angelis sanctis. Et dicebat illis amen dico uobis quia sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem donec uideant regnum dei uenientem in uirtute. Et post dies sex assumpsit ihc petrum et iacobum et iohannem et ducit illos in montem excelsum seorsum solos et transfiguratus est coram eis. Et uestimenta eius facta sunt splendentia nimis candida tamquam nix qualia fullo non potest super terram candidare. Et apparuit illis helias cum moyse et erant loquentes cum ihu. Et respondens petrus ait ihu rabbi bonum est nos hic esse et faciamus tria tabernacula tibi unum et moysi unum et helie unum. Non enim sciebat quid loqueretur erant enim timore exterriti. Et factus est nubes obumbrans eos et uenit uox de nube dicens hic est filius meus dilectus ipsum audite. Et circumspicientes continuo neminem amplius uiderunt nisi ihm tantum secum. Et descendentibus illis de monte precepit illis ihc ne cui narrarent quae uidissent nisi cum filius hominis a mortuis resurrexerit. Et uerbum continuerunt apud se conquirentes quid est cum a mortuis resurgere. Et interrogabant eum dicentes quid dicunt scribae quia helyam oportet primum uenire. Qui respondens ait illis helias cum primum uenerit restituet omnia et quomodo scriptum est filio hominis ut multa patiatur et contemnatur. Sed dico uobis quia et helias uenit et fecerunt illi quaecumque uoluerunt sicut scriptum est de eo. Et uenientes ad discipulos uiderunt turbam multam circa eos et scribas conquirentes cum eis. Et continuo omnis populus uidens eum stupefactus est et expauescebant et accurrentes salutabant eum. Et interrogauit scribas quid conquirebatis cum eis. Et respondens unus de turba magistre adduxi filium meum ad te habentem spiritum mutum. Et ubicumque eum adprehenderit elidet eum et spumat et stridet dentibus suis et arescit et dixi discipulis tuis ut eicerent illum et non potuerunt. Qui respondens ei ait o generatio incredula quousque apud uos ero quousque patiar uos adducite illum ad me. Et adduxerunt eum et uidens eum continuo spiritus conturbauit illum et elisus in terram uolutabatur spumans. Et interrogauit patrem eius quantum temporis est ex quo hoc illi accidit at ille dixit infantia. Et frequenter eum in ignem misit et in aquas ut perderet eum sed si quid potes adiuua nos misertus nostri. Ihc autem dixit ei si potes credere omnia possibilia sunt credenti. Et continuo exclamans pater infantis cum lacrimis dixit credo domine adiuua incredulitatem meam. Et cum concurreret turba ihc comminatus est spiritui immundo dicens illi spiritus surde et mute ego tibi precipio exi ab eo et amplius non introeas in eum. Et exclamans et multum discerpens eum exiit ex eo et factus est sicut mortuus ita ut multi dicerent quia mortuus est. Ihc autem tenuit manum eius et erexit eum et surrexit. Et cum introisset domum eius discipuli eius seorsum interrogabant eum quia nos non potuimus eicere illum. Et dixit illis quia hoc genus in nullo potest exire nisi in oratione et ieiunio. Et inde profecti transibant per galileam et nolebat ut quis sciret. Docebat autem discipulos suos et dicebat eis quia filius hominis tradetur in manus hominum et occident eum et occisus tribus diebus resurget. Et ipsi ignorabant uerbum et timebant eum interrogare. Et uenit capharnaum et cum domi esset interrogabat eos quid in uia tractabatis inter uos. At illi tacebant ad alterutrum enim disputauerant in uia quis maior esset. Et sedens uocauit duodecim et dicit illis si quis uult primus esse erit omnium nouissimus et omnium minister. Et accipiens puerum statuit eum in medio eorum et complexans eum dixit illis quia quicumque unum de huiusmodi puerulis receperit in nomine meo me recipit et quicumque me recipit non me recipit sed eum qui misit me. Respondit illi iohannes magister uidimus quendam in nomine tuo eicientem demonia et prohibuimus eum quia non sequitur nobiscum. Ihc autem dixit nolite prohibere non enim est quisquam qui faciat uirtutem in nomine meo et possit cito male loqui de me. Qui enim non est aduersum nos pro nobis est. Quicumque enim potum dederit uobis calicem aquae in nomine meo quia christi estis amen dico uobis non perdet mercedem suam. Et quicumque scandalizauerit unum de pusillis istis qui credunt in me bonum est illi magis si circumdatus mola asinaria in mare proiciatur quam ut habens duas manus aut duos pedes mittatur in ignem inextinguibilem. Et si manus tua scandalizat te abscide illam bonum est tibi debilem ingredi in uitam quam duas manus habentem abire in gehennam in ignem inextinguibilem. Et si pes tuus scandalizat te abscide illum bonum est tibi claudum in uitam ingredi quam duos pedes habentem mitti in gehennam. Et si oculus tuus scandalizat te eice eum bonum est tibi unoculum in regnum dei intrare quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis ubi uermis eorum non moritur et ignis non extinguitur. Omnis enim igne salietur et omnis uictima sale salietur. Bonum est sal si autem sal euanuerit in quo illud condietis habete in uobis sal et pacem habete inter uos. Et exurgens inde uenit in fines iudee trans iordanem et conuenerunt iterum turbae ad eum et sicut consueuerat iterum docebat illos. Et accedentes pharisei interrogabant eum si licet uiro uxorem dimittere tentantes eum. At ille respondens dixit illis quid uobis mandauit moyses. Illi dixerunt moyses permisit libellum repudii scribere et dimittere. Ad quos ihc respondens ait propter duritiam cordis uestri scripsit uobis mandatum istud. Ab initio autem creaturae masculum et feminam fecit eos deus. Propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit ad uxorem suam et erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo sed una caro. Quod ergo deus coniunxit homo non separet. Et in domo iterum discipuli eius de eodem interrogabant eum. Et ait illis quicumque dimiserit uxorem suam et aliam duxerit adulterium committit super eam. Et si uxor dimiserit uirum suum et alii nupserit moechatur. Et offerebant illi paruulos ut tangeret illos discipuli autem increpabant offerentes. Quos cum uidisset ihc indignatus est et ait illis sinite paruulos uenire ad me et nolite prohibere talium est enim regnum dei. Amen dico uobis quicumque non receperit regnum dei sicut paruulus non intrabit in illud. Et complexans eos et imponens manum super illos benedicebat eis. Et cum egressus esset in uiam procurrens unus et genuflectens ante eum rogabat eum magister bone quid faciam ut uitam eternam possidebam. Ihc autem dixit ei quid me dicis bonum nemo bonus nisi unus deus. Mandata nosti ne adulteres ne occidas ne furtum facias ne falsum testimonium dicas ne fraudem feceris honora patrem tuum et matrem. Ille autem respondens dixit illi magister haec omnia obseruauit a iuuentute mea. Ihc autem intuens eum dilexit eum et dixit illi unum tibi deest uade quaecumque habes uende et da pauperibus et habebis thesaurum in celo et ueni sequere me. Qui contristatus in uerbo abiit maerens erat enim habens multas possessiones. Et circumspiciens ihc dixit discipulis suis quam difficile qui pecunias habent in regnum dei introibunt. Discipuli autem obstupescebant in uerbis eius. Ihc autem iterum respondens ait illis filioli quam difficile est confidentes in pecuniis introire in regnum dei. Facilius est camelum per foramen acus transire quam diuitem intrare in regnum dei. Illi autem amplius admirabantur dicentes ad semetipsos et quis potest saluus fieri. Aspiciens autem ihc ait illis apud homines impossibile est sed non apud deum omnia enim possibilia sunt apud deum. Et coepit petrus dicere ei ecce nos dimisimus omnia et secuti sumus te. Respondit ihc et ait amen dico uobis nemo est qui reliquerit domum aut fratres aut sorores aut matrem aut patrem aut filios aut agros propter me et propter euangelium qui non accipiat centies tantum nunc in tempore hoc domos et fratres et sorores et matres et filios et agros cum persecutionibus et in futuro seculo uitam eternam. Multi autem erunt primi nouissimi et nouissimi primi. Erant autem in uia ascendentes hierosolimam et ihc praecedebat illos et obstupescebant et sequentes timebant. Et assumens iterum duodecim coepit illis dicere quae essent ei eventura dicens ecce ascendimus hierosolimam et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis et senioribus et damnabunt eum morte et tradent eum gentibus et illudent ei et conspuent eum et flagellabunt eum et occidunt et tribus diebus resurget. Et accedunt ad eum iacobus et iohannes filii zebedei dicentes ei magister uolumus ut quodcumque petierimus a te facias nobis. Qui dixit eis quid uultis ut faciam uobis. Dixerunt ei da nobis ut unus ad dexteram tuam et unus ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua. Ihc autem dixit eis nescitis quid petatis potestis bibere calicem quem ego bibo aut baptismo quo ego baptizor baptizari. Dixerunt autem ei possumus. Ihc autem dixit eis calicem quidem meum bibetis et baptismo quo ego baptizor baptizabimini. Sedere autem ad dexteram meam uel ad sinistram non est meum dare sed quibus paratum est. Et audientes decem coeperunt indignari de iacobo et iohanne. Ihc autem conuocans eos ait illis scitis quia hi qui uidentur principari gentibus dominantur eorum et principes eorum potestatem habent ipsorum. Non ita autem erit inter uos sed quicumque uoluerit inter uos fieri maior erit uester minister. Et quicumque uoluerit inter uos primus fieri erit omnium seruus. Et enim filius hominis non uenit ministrari sed ministrare et dare animam suam redemptionem pro multis. Et uenit hierichuntem et cum egrederetur ab hierichunte ipse et discipuli illius et plures turba caecus bartimeus filius thimei sedebat iuxta uiam mendicans. Et cum audisset quia ihc nazarenus est coepit clamare et dicere fili dauid ihu miserere mei. Et increpabant eum multi ut taceret ille autem multo magis clamabat fili dauid miserere mei. Et stans ihc iussit eum uocari et uocant caecum dicentes ei confortare surge uocat te. Ille autem proiecto uestimento suo exiliens uenit ad ihm. Et respondens ihc dixit illi quid uis faciam tibi caecus autem dixit illi rabboni ut uideam. Ihc autem dixit illi uade fides tua te saluum fecit. Et continuo uidit et sequebatur eum in uia. Et cum appropinquarent hierusalem et bethaniam ad montem oliueti mittit duos discipulos suos et dicit eis ite in castellum quod contra uos est et statim introeuntes inuenietis pullum asinae alligatum cui nemo umquam hominum sedit soluite illum et adducite. Et si quis uobis dixerit quare hoc facitis dicite quia dominus eius opus habet et continuo illum dimittet huc. Abierunt autem et inuenerunt pullum alligatum ante ianuam foris in biuio et soluunt eum. Et quidam de illic stantibus dicebant illis quid facitis soluentes pullum. Qui dixerunt eis sicut praecepit ihc. Et dimiserunt eos. Et adduxerunt pullum ad ihm et inponunt ei uestimenta sua et sedit super eum. Et plurimi uestimenta sua in uia sternebant alii autem frondes caedebant de arboribus et sternebant in uia. Et qui praecedebant et qui sequebantur clamabant dicentes osanna benedictus qui uenit in nomine domini benedicta quae uenit in regno patris nostri dauid osanna in excelsis. Et introiuit ihc hierusalem in templum et circumspectis omnibus cum iam uespere esset horam exiit cum duodecim in bethaniam. Et cras illis exeuntibus a bethania esuriit. Et cum uidisset a longe ficum habentem folia uenit si forte inueniret in ea aliquid et cum uenisset ad eam nihil inuenit nisi folia non enim erat tempus ficorum. Et respondens ihc dixit illi iam non amplius in aeternum ex te fructum quisquam manducet. Et audiebant discipuli eius. Et uenerunt hierusalem et cum introisset ihc in templum coepit eicere uendentes et ementes in templo et mensas numulariorum et cathedras uendentium columbas et non sinebat ut quisquam transferret uas per templum. Et docebat dicens nonne scriptum est quia domus mea domus orationis uocabitur cunctis gentibus uos autem fecistis eam speluncam latronum. Et audierunt scribae et principes sacerdotum et quaerebant quomodo illum perderent timebant enim eum quia omnis turba mirabatur super doctrina eius. Et cum sero fieret egrediebatur extra ciuitatem. Et mane cum transirent uiderunt ficum aridam factam a radicibus et recordatus petrus dixit illi rabbi ecce ficus cui maledixisti aruit. Et respondens ihc ait illis habete fidem dei amen dico uobis quia quicumque dixerit huic monti tollere et mittere in mare et non haesitauerit in corde suo sed credit quia quodcumque dixerit fiat fiet ei quicumque dixerit orantes credite quia accipietis et fiet uobis. Et cum stetistis orantes dimittite si quid habetis aduersus aliquem ut et pater uester qui in celis est dimittat uobis peccata uestra. Si autem uos non dimiseritis nec pater uester qui in celis est dimittet peccata uestra. Et ueniunt iterum hierusalem et cum ambularet in templo accedunt ad eum principes sacerdotum et scribae et seniores et dicunt ei in qua potestate haec facis aut quis dedit tibi hanc potestatem ut haec facias. Ihc autem respondens ait illis interrogabo uos et ego unum uerbum et respondete mihi et dicam uobis in qua potestate haec facio. Baptismum iohannis de celo erat an ex hominibus respondete mihi. Illi autem cogitabant apud se dicentes quia si dixerimus de celo dicet quare ergo non credidistis illi. Si autem dixerimus ex hominibus timebamus populum omnes enim habebant iohannem uere prophetam esse. Et respondentes dicunt ihu nescimus. Et ihc ait illis neque ego dico uobis in qua potestate haec facio. Et coepit illis in parabolis loqui. Uineam plantauit homo et circumdedit sepem et fodit lacum et aedificauit turrem et locauit eam agricolis et peregre profectus est. Et tempore misit ad agricolas seruum ut a agricolis acciperet de fructu uineae. Illi autem adprehensum eum uerberauerunt et dimiserunt uacuum. Et iterum misit ad illos alium seruum et illum capitibus uulnerauerunt et contumelia affecerunt. Et alium misit et illum occiderunt et multos alios quosdam quidem caedentes quosdam autem occidentes. Adhuc ergo unum habebat filium carissimum suum et illum misit ad eos in nouissimum dicens quia uerebuntur filium meum. Coloni autem dixerunt ad inuicem hic est heres uenite occidamus eum et nostra erit hereditas. Et adprehendentes occiderunt eum et eiecerunt extra uineam. Quid ergo faciet dominus uineae ueniet et perdet colonos et dabit uineam aliis. Nonne scripturam hanc legistis lapidem quem reprobauerunt aedificantes hic factus est in caput anguli a domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris. Et quaerebant eum tenere et timuerunt turbam cognouerunt enim quia ad ipsos parabolam dixit et relicto eo abierunt. Et mittunt ad eum quosdam de pharisaeis et herodianis ut eum caperent in uerbo. Qui cum uenissent dicunt ei magister scimus quia uerax es et non curas quemquam non enim respicis personam hominis sed in ueritate uiam dei doces licet censum dare caesari an non dabimus dabimus nos an non dabimus. Ille autem sciens hypocrisim eorum dixit ad illos quid me temptatis adferte mihi denarium ut uideam. Illi autem tulerunt. Et ait illis cuius habet imaginem hanc et superscriptionem. Dixerunt ei caesaris. Respondens ihc dixit illis reddite quae sunt caesaris caesari et quae sunt dei deo. Et mirabantur super eo. Et uenerunt sadducaei qui dicunt resurrectionem non esse et interrogabant eum dicentes quia moyses scripsit nobis ut si cuius frater mortuus fuerit et dimiserit uxorem et filios non reliquerit ut accipiat frater eius uxorem illius et suscitet semen fratri suo. Septem fratres erant et primus accepit uxorem et mortuus est non reliquit semen. Et secundus accepit eam et mortuus est et nec ipse reliquit semen. Et tertius similiter. Et septem eam non reliquerunt semen. Nouissima omnium et mulier mortua est. In resurrectione ergo cum resurrexerint cuius de illis erit uxor septem enim habuerunt eam uxorem. Respondens ihc dixit illis nonne propterea errabitis quia nescitis scripturas neque uirtutem dei. Cum enim a mortuis resurrexerint neque nubent neque nubentur sed sunt sicut angeli qui in celis sunt. De mortuis autem quod resurgant non legistis in libro moysi super rubum quomodo dixerit illi deus dicens ego sum deus abraham et deus isaac et deus iacob non est deus mortuorum sed uiuorum uos ergo multum erratis. Et accedens unus de scribis audiuit illos conquirentium simul et uidens quoniam bene illis respondisset interrogauit eum quod esset mandatum primum omnium. Ihc autem respondit quia primum omnium mandatum est audi israel dominus deus noster dominus unus est. Et diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua et ex tota fortitudine tua hoc est primum mandatum. Secundum autem simile illi est hoc diliges proximum tuum sicut te ipsum. Maius horum aliud mandatum non est. Et ait illi scribe bene magister ex ueritate dixisti quia unus est deus et non est alius praeter eum et ut diligatur ex toto corde et ex tota anima et ex tota fortitudine et diligere proximum sicut se ipsum maius est omnibus holocaustomatibus et sacrificiis. Ihc autem uidens quia sapienter respondisset dixit illi non es longe a regno dei. Et nemo iam audebat eum interrogare. Et respondens ihc dicebat docens in templo quomodo dicunt scribae christum filium dauid esse. Ipse enim dauid dixit spiritu sancto dante domino domino meo sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Ipse ergo dauid dicit eum dominum et unde filius eius est. Et libenter eum audiebat multitudo. Et dicebat in doctrina sua cauete a scribis qui uolunt in stolis ambulare et salutationes in foro et primas cathedras in synagogis et primos discubitus in conuiuiis qui deuorant domos uiduarum orationes longas orant hi accipient prolixius iudicium. Et sedens ihc contra gazophylacium aspiciebat quomodo turba iactaret aes in gazophylacium et multi diuites iactabant multa. Et cum uenisset una uidua pauper misit duo minuta quod est quadrans. Et conuocans discipulos suos dixit illis amen dico uobis quoniam uidua haec pauper plus quam omnes qui miserunt in gazophylacium. Omnes enim ex eo quod abundabat illis miserunt ipsa autem de penuria sua omnia quae habuit misit totum uictum suum. Et cum egrederetur de templo dicit illi unus discipulorum suorum magister aspice quales lapides et quales structurae. Et ihc dixit illi uides has magnas aedificationes non remanebit lapis super lapidem qui non destruatur. Et cum sederet in monte oliueti contra templum interrogabant eum seorsum petrus et iacobus et iohannes et andreas quando haec fient et quod signum erit cum haec omnia incipient consummari. Ihc autem coepit dicere illis uidete ne quis uos seducat multi enim uenient in nomine meo dicentes quia ego sum et multos seducent. Cum audieritis autem proelia et opiniones proeliorum nolite timere oportet enim haec fieri sed nondum finis. Surget enim gens contra gentem et regnum aduersus regnum et terrae motus per loca et fames erunt haec initia dolorum. Uos autem uidete uosmetipsos tradent enim uos in conciliis et in synagogis uapulabitis et ante praesides et reges stabitis propter me in testimonium illis. Et in omnes gentes primum oportet praedicari euangelium. Et cum adducent uos tradentes uos nolite praecogitare quid loquamini neque meditemini sed quodcumque datum fuerit uobis in illa hora hoc loquimini non enim estis uos qui loquimini sed spiritus sanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem et pater filium et insurgent filii in parentes et morte adficient eos et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit usque in finem hic saluus erit. Cum autem uideritis abominationem desolationis stantem ubi non debet qui legit intellegat tunc qui in iudea sunt fugiant ad montes et qui in tecto non descendat in domum neque introeat ut tollat aliquid de domo sua et qui in agro est non reuertatur retro ut tollat uestimentum suum. Uae autem praegnantibus et nutrientibus in illis diebus. Orate autem ut non fiat hiemis fugae uestrae. Erunt enim dies illi tribulationes tales quales non fuerunt ab initio creaturae quam condidit deus usque nunc et non fiet neque fiant. Et nisi breuiasset dominus dies non fuisset salua omnis caro sed propter electos quos elegit breuiauit dies. Et tunc si quis uobis dixerit ecce hic est christus ecce illic nolite credere. Surgent enim pseudochristi et pseudoprophetae et dabunt signa et prodigia ad seducendos si fieri potest etiam electos. Uos autem uidete praedixi uobis omnia. Sed in illis diebus post tribulationem illam sol obscurabitur et luna non dabit lumen suum et stellae erunt de caelo excidentes et uirtutes quae in caelis sunt mouebuntur. Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cum uirtute multa et gloria. Et tunc mittet angelos et congregabit electos suos a quattuor uentis a summo terrae usque ad summum caeli. A ficulnea autem discite parabolam cum iam ramus eius tener fuerit et folia nata germinauerint scitis quia prope est aestas. Ita et uos cum uideritis haec fieri scitote quia prope est in ianuis. Amen dico uobis quia non praeteribit generatio haec donec omnia haec fiant. Caelum et terra transibunt uerba autem mea non praeterient. De die autem illa uel hora nemo scit neque angeli in caelo neque filius nisi pater. Uidete uigilate et orate nescitis enim quando tempus sit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum suam et dedit seruis suis potestatem cuique operis sui et ianitori praecepit ut uigilet. Uigilate ergo nescitis enim quando dominus domus ueniat sero an media nocte an galli cantu an mane. Ne cum uenerit subito inueniat uos dormientes. Quod autem uobis dico omnibus dico uigilate. Post biduum autem pasca fiebat et azyma et quaerebant principes sacerdotum et scribae quomodo eum dolo tenentes occiderent dicebant autem non in die festo ne forte tumultus fieret in populo. Et cum esset ihc bethaniae in domo simonis leprosi et discumberet uenit mulier habens alabastrum unguenti nardi pistici pretiosi et fracto alabastro effudit super caput eius. Erant autem quidam indignantes apud semetipsos et dicentes ut quid perditio haec unguenti facta est. Potuit enim unguentum istud uenire plus quam trecentis denariis et dari pauperibus et fremebant in illam. Ihc autem dixit sinite illam quid illi molesti estis opus enim bonum operata est in me. Semper enim pauperes habetis uobiscum et cum uolueritis benefacere illis me autem non semper habetis. Quod habuit haec fecit praeuenit ungere corpus meum in sepulturam. Amen dico uobis ubicumque praedicatum fuerit euangelium istud in uniuerso mundo et quod fecit haec narrabitur in memoriam eius. Et iudas iscariotes unus de duodecim abiit ad principes sacerdotum ut proderet eum illis. Qui cum audissent gauisi sunt et promiserunt pecuniam se daturos. Et quomodo illum opportune tradere quaerebat. Et prima azymorum quando pascha immolabant dicunt ei discipuli eius ubi uis eamus et paremus tibi ut manducas pascha. Et mittit duos discipulos suos et dicit eis ite in ciuitatem et occurret uobis homo lagenam aquae portans sequimini eum et quocumque introierit dicite patri familias quia magister dicit ubi est refectio mea ubi pascha cum discipulis meis manducem. Et ipse uobis demonstrabit coenaculum grande stratum et parata et illic parate nobis. Et exierunt discipuli eius et uenerunt in ciuitatem et inuenerunt sicut dixerat illis et parauerunt pascha. Et cum uespere fieret uenit cum duodecim. Et discumbentibus eis et manducantibus ihc dixit amen dico uobis quia unus ex uobis me tradet qui manducat mecum. Ipse coeperunt contristari et dicere illi numquid ego. Qui ait illis unus ex duodecim qui intingit mecum manum in paropside. Et filius quidem hominis uadit sicut scriptum est de illo uae autem homini illi per quem filius hominis tradetur bonum erat ei si natus homo ille non fuisset. Et manducantibus illis accepit ihc panem et benedixit et fregit et dedit eis et ait sumite hoc est corpus meum. Et accepto calice gratias egit et dedit illis et biberunt ex illo omnes. Et ait illis hic est sanguis meus noui testamenti qui pro multis effundetur. Amen dico uobis quia iam non bibam de hoc genimine uitis usque in diem illum cum illud nouum bibam in regno dei. Et hymno dicto exierunt in montem oliueti. Et ait illis ihc omnes scandalum patiemini in me in nocte hac quia scriptum est percutiam pastorem et dispergentur oues. Postquam autem resurrexero praecedam uos in galileam. Petrus autem ait illi et si omnes scandalizati fuerint sed non ego. Et ait illi ihc amen dico tibi quia tu hodie in nocte hac antequam gallus bis uocem dicat ter me negabis. Ille autem amplius loquebatur si oportuerit me simul commori tibi non negabo. Similiter autem et omnes dicebant. Et uenit cum illis in praedium cui nomen gethsemani et dicit discipulis suis sedete hic donec orem. Et assumpto petro et iacobo et iohanne secum coepit pauere et taedere et maestus esse. Et ait illis tristis est anima mea usque ad mortem sustinete hic et uigilate. Et cum processisset pusillum uidit eum hora si fieri posset transiret ab eo. Et dixit abba pater omnia tibi possibilia sunt transfer calicem hunc a me sed non quod ego uolo sed quod tu. Et uenit et inuenit eos dormientes et dicit petro simon dormis non potuisti una hora uigilare. Uigilate et orate ut non intretis in temptationem spiritus quidem promptus est caro autem infirma. Et iterum abiit et oratione eadem dixit. Et reuersus iterum inuenit eos dormientes erant enim oculi eorum grauati et nesciebant quid responderent ei. Et uenit tertio et dicit illis dormite iam et requiescite sufficit uenit hora ecce tradetur filius hominis in manus peccatorum. Surgite eamus ecce qui me tradet prope est. Et adhuc eo loquente iudas iscariotes unus de duodecim uenit et cum eo turba multa cum gladiis et lignis a principibus sacerdotum et scribis et senioribus. Dederat autem traditor eius signum eis dicens quem osculatus fuero ipse est tenete eum et ducite caute. Et cum uenisset continuo accedens ad eum ait rabbi et osculatus est eum. Illi autem manus iniecerunt in eum et tenuerunt eum. Unus autem quidam de astantibus eduxit gladium et percussit seruum principis sacerdotum et abscidit auriculam eius. Et respondens ihc ait illis tamquam ad latronem existis cum gladiis et lignis comprehendere me. Quotidie apud uos eram docens in templo et non tenuistis me sed ut impleantur scripturae. Et relinquentes eum omnes fugerunt. Et adolescens quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo et tenuerunt eum. At ille reiecta sindone nudus profugit ab eis. Et adduxerunt ihm ad principem sacerdotum et conuenerunt omnes principes sacerdotum et seniores et scribae. Et petrus a longe secutus est eum usque intro in atrium principis sacerdotum et sedebat cum ministris et calefaciebat ad lumen. Principes autem sacerdotum et omne consilium quaerebant aduersus ihm testimonium ut eum morti traderent et non inuenerunt. Multi enim falsum testimonium dicebant aduersus eum et conueniebant testimonia eorum. Et quidam surgentes falsum testimonium ferebant aduersus eum dicentes quoniam nos audiuimus eum dicentem quia ego destruam templum hoc manufactum et per triduum aliud non manufactum aedificabo. Et nec sic inueniebatur testimonium eorum. Et exurgens princeps sacerdotum in medium interrogauit ihm dicens nihil respondes ad ea quae isti aduersum te testificantur. Ihc autem tacebat et nihil respondit. Iterum princeps sacerdotum interrogabat eum et dicit ei tu es christus filius dei benedicti. Ihc autem dixit illi ego sum et uidebitis filium hominis sedentem a dextris uirtutis dei et uenientem cum nubibus caeli. Et scindens princeps sacerdotum tunicas suas ait quid adhuc desiderabimus testes. Audistis blasphemiam quid uobis uidetur. Et omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. Et coeperunt quidam conspuere eum et uelare faciem eius et colaphis eum caedere et dicere ei prophetiza. Et ministri alapis eum caedebant. Et cum petrus esset deorsum in atrio uenit una ancillarum principis sacerdotum et cum uidisset petrum calefacientem sibi et intuita eum dixit et tu cum ihu nazareno eras. Ille autem negauit dicens nescio neque noui quid tu dicis. Et exiit foras ante atrium et gallus cantauit. Et ancilla cum uidisset eum coepit iterum dicere astantibus quia hic ex illis est. Et iterum negauit. Et post pusillum rursus qui astabant dicebant petro uere ex illis es nam et galilaeus es et loquela tua similis illorum. Ille autem coepit anathematizare et iurare quia non no

Math's Marcus lucas Johannes — I — lucas Math's Marcus Johānes
Marcus Math's lucas Johānes — I — Johēs Math's Marcus lucas

Math's Marc' lucas Johēs
Marc' Math's lucas Johēs
lucas Math's Marc' Johēs
Johēs Math's Marc' lucas

Sabb°	Dicebat ihc &c. Ego sū lux mūdi. q seq me n̄ ambu. ī tenebꝭ	Jo	8	b						
Dō 5	Dicebat ihc &c. Q̄s ex uob argu· me de pc̄o. si ve. di. qua. nō	Jo	8	c						
Fia 2a	Miserūt pncip̄. ⁊ ph̄i. ministros ut apphen. ihm. dix g ihc adhuc	Jo	7	d						
Fia 3a	Ambulabat ihc in galileā. n̄ eīm vo. ī in. ambulare. q̄ q̄re. eū	Jo	7	a						
Fia 4a	Fc̄a sūt encenia in ihosolis. ⁊ hyems erat. Et amb. ī teplo ī.	Jo	10	c						
Fia 5a	Cū audissēt q̄dā de t̄ba s̄moēs ihu di. h̄ ē ve ꝓpha. aly.	Jo	7	e						
It fia 5a	Rogabat ihm q̄dā p̄hise ut cū illo manducaret. ⁊ ī gs.	Lu	7	e	26	a	14	a	12	a
Fia 6	Collegerūt pontifices ⁊ ph̄isei cōciliū adūs ihm. ⁊ dicebat.	Jo	11	c						
Sabb°	Subleuatis oclis ihc in celū dix. pat ve' hō cla. fi. tuū. ut fi.	Jo	17	a						
Dō 6	Cū appinquar; ihc ihosolis. ⁊ venisset bethfage ad mōtē.	Mr	11	a	21	a	19	c	12	a
Passio	Scitis q̄ post biduū pascha fiet ⁊ fi. hō tradet ut crucifig.	Mt	26	a	14	a	22	a	18	a
Fia 2a	Añ sex dies pasche venit ihc in bethaniā vbi fu. la. mortu⁹	Jo	12	a	26	a	14	a	7	e
Fia 3a	Passio. erat pascha ⁊ azima post biduū. et q̄re. sūmi sacdo.	Mr	14	a	26	a	22	a	18	a
Fia 4a	passio. Appropiq̄bat dies fest⁹ azimoꝝ q dr̄ pascha. ⁊ q̄re.	Lu	22	a	26	a	14	a	18	a
Fia 5a	Añ diē festū pasche sciēs ihc q̄ ve. hō ei⁹ ut trāseat ex h°.	Jo	13	a						
Fia 6	Passio. Egressus ihc cū dis. s. trās torrentē cedrō vbi erat or.	Jo	18	a	26	a	14	a	22	a
Sabb°	Vespe aūt sabbi q lucescit ī pⁱmā sabbi. ve. ma. magda. et.	Mt	28	a	16	a	24	a	20	a
In die pasche	Maria magdalene ⁊ m̄ iacobi ⁊ salome emerūt arō.	Mr	16	a	28	a	24	a	20	a
Fia 2a	Duo ex discipulis ihu ibāt ipā die ī castellū q̄d erat ī spacio	Lu	24	b			16	b		
Fia 3a	Stetit ihc ī medio discipuloꝝ suoꝝ. ⁊ d. e. pax uob egosum.	Lu	24	c					20	c
Fia 4a	Manifestauit se ihc. dis. s. ad mare tybiadis. manifestauit aut sic.	Jo	21	a						
Fia 5a	Maria stabat ad monumētū foris plorās. dū g̃ fleret iclinauit.	Jo	20	b						
Fia 6	Undecī discip̄li abierūt in galileā in montē vbi ostitu. ill.	Mt	28	c						
Sabb°	Vna sabbi maria magdalē veit mane cū ad h⁹ te. erāt.	Jo	20	a	28	a	16	a	24	a
Dō pⁱma p⁹ pascha	Cū eēt sero die illa vna sabboꝝ ⁊ fores ē.	Jo	20	c					24	c
Fia 4a	Surgēs ihc mane pⁱma sabbi appa. pᵒ. marie magda. de	Mr	16	b			24	a		
Fia 6	Exierūt de monumēto mulieres cū tīore ⁊ gaudio mag̃ c.	Mt	28	b	16	a	24	a	20	a
Dō 2a	Ego sū pastor bon⁹ bon⁹ pastor aīam suā dat p. ouib.	Jo	10	b						
Fia 4a	Vna sabbi valde diluculo mulieres ue. ad mo. pta. q pa. arō.	Lu	24	a	28	a	16	a	20	a
Fia 6	Accesserūt dis. Joh ad ihm dicētes. Q̄re nos ⁊ ph̄isei ie.	Mt	9	c	2	d	5	a		
Dō 3a	Modicū ⁊ iā nō videbitis me. ⁊ itm modicū ⁊ vi. me. q̄a	Jo	16	c						
Fia 4a	Fc̄a ē q̄stio de discip̄lis Johis cū iudeis de p̄ificacōe ⁊ ve. ad	Jo	3	c						
Fia 6	D. i. d. s. Ego lux ī h̄uc mūdū veni. ut oīs q credit ī me	Jo	12	e						
Dō 4a	Vado ad eū q me misit. ⁊ nēo ex uob īt̄ro. me q vadis. s.	Jo	16	b						
Fia 4a	Ihc dix. pr̄ scē s̄ua eos ī noīe tuo q̄s dedisti michi ut	Jo	17	b						
Fia 6	Filioli ad h̄uc modicū uob̄cū sū. q̄retis me. ⁊ q̄admo.	Jo	13	d						
Dō 5a	Amē amē dico vob. si q̄d petieritis prēm in noīe m.	Jo	16	d						
Fia 2a	Quis vrm̄ habebit amicū ⁊ ib' ad illū mē nocte ⁊ di.	Lu	11	b	7	c				
Fia 3a	Petite ⁊ dabit̄ ub. q̄rite ⁊ īuenietis. pulsate ⁊ apiet̄ oīs. ū.	Mt	7	c			11	b		
In vig ascensionis	Subleuat' oclis ihc ī celū dix. pr̄ ve. hora.	Jo	17	a						
In die ascensionis	Recūbentib; xj discip̄lis appa. illis ihc.	Mr	16	c						

p̄ [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible]

Mathēs marc' lucas Johēs
Marc' Mathēs lucas Johēs
lucas Mathēs marc' Johēs
Johēs Mathēs Marc' lucas

I lucas Mathēs Marcus Johannes
Mathēs marcus lucas Johannes Johēs Mathēs Marcus lucas.
Marc' Mathēs lucas Johannes

Fia 6ª. Hec st ūba q̄ locut' sū ad uos cū ad hc eem vobiscū. qm̄. lu 24 c
Dō 6 Cū venit' paclit' q̄ ego mittā uб a p̄re spm̄ vitā. qui jo 15 c
Fia e. Si manseritis ī me ⁊ ūba mea ī uб māserit q̄dcūq; uolu jo 15 b
In vig' penth. Si diligit' me mandā mea suate ⁊ ego ro pa. me' jo 14 b
In die penth. Si q̄s diligit me smonē meū suabit. ⁊ p̄r m̄s di. jo 14 c
Fia 2ª. Sic eni ds dilexit mundū ut filiū suū vni da. ut oīs q̄ jo 3 b
Fia 3ª. Amē amē dico uob. q̄ nō intrat p ostiū in ouile ouiū s jo 10 a
Fia e. Nemo p̄t uenire ad me n̄ p̄r m̄s q̄ misit me traxeū. et jo 6 d
Fia 6. Cōuocat' ihc. xii. aplis suis de' ill' ptāte ⁊ vtu. sr oīa. lu 9 a 10 a b 6 3 b c
Fia 6. Fcm̄ ē in vna dierū. ⁊ ihc sedebat docens ⁊ erāt phise. se lu 5 c 7 a 2 a
Sabb. Surges ihc de synagoga introiuit ī do' symōis. soc'' ēt syo. lu 4 e 8 c 1 f
In oct' penth. Erat hō ex phiseis nichodem' nōie pnceps iud jo 3 a
De trinitate. Cū uenit' paclit' q̄ ego mittā uб a p̄re spm̄ vi. jo 15 e
De corpe xpi. Caro mea ve ē abz ⁊ sag's m̄s ve est potus. q̄. jo 6 f 26 b 14 b 22 b
Dō p'. p' oct' penth. Homo q̄dā erat diues ⁊ indu purpura. lu 16 c
Fia e. Nolite putare q̄ veni solue legē a' pphas. n̄ veni solue. mt 5 c 13 a b 16 b
Fia 6. In possibile ē ut nō veniāt scandala. ve a' illi p q̄ ue. lu 17 a 17 c 9 e
Dō 2ª. Dix' ihc 2c. Hō quidā fec' cenā magnā ⁊ vo. multos lu 14 c 22 c
Fia e. Accedentes disci. ad ihm d. ei. dimitte turbas ut eū. i lu 9 b 14 b 6 e 6 a
Fia 6. Venit ad ihm vir cui nomē yairus. ⁊ ipe p'n synagoge lu 8 e 9 d 5 b
Dō 3. Erant appinquātes ad ihm publicani ⁊ pctōres ut au lu 15 a 18 b a 12 f
Fia e. Dixit ihc. Esto consenciēs cito adu'sario tuo cū es ī mt 5 e
Fia 6. Cū intrasset ihc ih'osolimā. ⁊ cūspectis oībz. cū iā. mr 11 b 21 c
Dō 4ª. Dixit ihc Estote misericordes sic' ⁊ p̄r v' misicors ē lu 6 e 7 a
Fia e. Interrogauert ihm disci. dicētes. Q̄d ergo di. scibe q̄ he. mt 17 b 9 b 9 e
Fia 6. Cū venisset ihc in teplū accesserūt ad eū pn. sac. ⁊ semi mt 21 d 11 e 20 a
Dō 5. Cū turbe irruerēt ad ihm ut audirēt ūbū dei ⁊ ipe lu 5 a 4 c d 1 d
Fia e. Confiteor t' dn̄e p̄r celi ⁊ t're. q' absco. h' a sa. ⁊ pru. lu 10 c 11 13 c b
Fia 6. Offerebāt ihu puulos ut tanger' eos. dis. at' ānna. mr 10 b 19 b 18 c
Dō 6. Amen dico uob Nisi q' habundaūit iusti v'ra pl' mt 5 d
Fia e. Interrogat' ihm vn' de scibis. q̄d eet p'' oīm mandat' mr 12 d 22 f
Fia 6. Venit ihc in regionē gerasenoꝝ. ⁊ exeūti ei d' nauicla. mr 5 a 8 f 8 d
Dō 7. Cū turba multa eēt cū ihu n' hērent q̄d manduca. mr 8 a 15 e
Fia e. Accesserūt ad ihm phisei ⁊ saducei teptantes ⁊ ro. eū. mt 16 a 8 b 12 f
Fia 6. Abiit ihc sabb. p sata. dis. a' ei esu. cepe. uelle spicas mt 12 a 2 e 6 a
Dō 8. Attendite a fals' pphis q̄ veniūt ad vos in ves. ouiū mt 7 e 6 f
Fia e. Dixit iohes ad ihm. Magr̄ vidi' quedā in nōie t. ei. mr 9 e 10 18 5 a 14 e a
Fia 6. Dixit ihc 2c. Ve uob scribe ⁊ phisei q̄ clauditis reg' celo. mt 23 b 12 f 11 g f
Dō 9. Hō q̄dā erat diues q̄ habebat vil. ⁊ h' diffamat' est. lu 16 a
Fia e. Dixit ihc Qui fidel' ē ī minimo ⁊ in maiore fi. est. lu 16 a 6 f
Fia 6. Rogabat ihm q̄dā phiseus ut prāder' ap se. ⁊ ing's. lu 11 f 13 b a 12 f

BB1
14

Math's Marcus lucas Johannes | Lucas Math's Marc' Joh'es | Math's Marc' lucas Joh'es
Marc' Math's lucas Johannes | Joh'es Math's Marc' Lucas. | Marc' Math's lucas Joh'es
Lucas Math's Marc' Joh'es
Joh'es Math's Marc' lucas

Dō 10 Cū appropinquaret ihc ir'lm vidēs civitatē flevit sr illā. lu 19 d 28 21 b 13 11 c 21 b
Fia 4. Dixit ihc Cū videritis circūdari ir'lm ab exercitu tunc sci lu 21 c 28 d 13 c d
Fia 6. Attendite vob' ne forte gravent' corda vrā crapla z ebrietate lu 21 e
Dō 11. Dix' ihc ad q̄sdā q̄ in se cōfidebāt z aspernabāt ceteros parab. lu 18 b
Fia 4. Dixit ihc zc. Oēm opz sp' orare z n̄ deficē di. Judex q̄. lu 18 a
Fia 6. Circuibat ihc civitates oēs z castella do. i syna. cor z p̄. mt 9 g 6 b
Dō 12 Exiēs ihc de finib; tiri venit p sydonē ad mare galy. it' mr 7 c
Fia 4. Transeunte ihū secuti st eū duo ceci clamātes z dicē. mt 9 e
Fia 6. Cepit ihc exprobrare civitatib; i q̄b; fcē st p. virtutes ei. mt 11 d 10 a
Dō 13. Dix' ihc. Bti ocli q̄ vident q̄ vos videtis. dico eni vob' lu 10 d 13 b
manducare nisi tantum sacerdotibus? Et dicebat illis: Quia

quia per eum sub est vera observantie et ideo non peccant qui ex ordinatione

dominus est filius hominis et sabbati. Factum

observant.

est et in alio sabbato ut intraret in synagogam

q. b. homo iste humanum genus significat in fecunditate boni operis arefactum per manum in primo parente ad pomum extensa quam sanavit manus

et doceret. Et erat ibi homo et manus eius

in cruce extensa et bene manus in synagoga erat arida quia ubi maior

dextera arida. Observabant autem scribe et

scientia ibi transgressor maiori subiacet culpe.

pharisei si in sabbatis curaret ut invenirent

anovis. Vel primum post dici ut unum ieiunium novi testamenti quod sabbatum fit. Vel ergo post legam a nobis servatur. In prima ergo ante decreta legis ante observabatur antiquitus.

Sabbata significant requiem vel quod in hoc seculo agimus ab actionibus superstitionibus vel quod in futuro agitur: quam in perpetua sollempnitate manducabimus bona terre.

David cum esset sociis fugiens a facie Saul significat Christum cuius discipulis latet principem mundi observatorem legis panes sanctos manducent. Et erat illis quia est ipso significans sacerdotale cibum in adusum transtrum populorum. Sicut ergo omnis sacerdotalem vitam debemus imitari. Sicut ergo omnis filius ecclesie sunt sacerdotes uncti spiritu sancto ut se deo ipsos offerant.

Magna hospitalitatis gratia proposito periculo mortis non declinat hospitem alendi sacerdos. Sic et nos debemus aliena pericla in nostris ferre. Sed et unum deo hospitio mentis non mortis periclo non excludunt sacerdotes. Ita est.

Quia destructionem sabbati quod in discipulis arguebant probabili magis excusavit exemplo nunc ipsum observando magis calumpniari volunt ut sanitatem curet crudelitatis vel imbecillitatis sicut transgressionis arguant.

Et illos et nota cum litteram et sabbati apostoli iam destruunt ad usus Ebionitas qui alios apostolos recipiunt paulum et legis transgressorem repudiant.

Ad mundus. Ad segetem humani generis fecunditas spiritus fructus ecclesie. Quibus saturantur apostoli nostro se alentes profectu.

Alii dicunt ipsi domino hoc fuisse obiectum. Sed adversus ipsum dominum et discipulis potuit obici. Et cuicumque obiectum sit ad ipsum magis respicit.

Sicut David et abimelech probabili excusatione mandatum legis transgredientes non reprehenduntur est eandem in apostolis non plantis famem.

Quomodo domino obicitur ad eum cum et in servo per eum ne non tenetur verus rex et sacerdos et ideo dominus sabbati cuiuslibet sabbato spicarum non nota non tenetur.

Sexta quinque post 21 dominicam. ad 12 b. ...
et a.

b

Sabbatis magis curat et docet non solum propter insinuandum spirituale sabbatum, sed et propter celebriorem populi conventum.

unde accusarent illum. Ipse vero sciebat cogitationes eorum et ait homini qui habebat manum aridam: Surge et sta in medio. Et surgens stetit. Ait autem ad illos Iesus: Interrogo vos si licet in sabbato bene facere an male? animam salvam facere an perdere? Et circumspectis omnibus dixit homini: Extende manum tuam. [scilicet quam iam amiserat successum] Et extendit [bonorum operum salutaribus intendit] et restituta est sanitati manus eius. Ipsi autem impleti sunt insipientia et colloquebantur ad invicem quidnam [scilicet quomodo eum perderent] facerent de Iesu. Factum est autem in illis diebus exiit

Praeveniens calumniam quam sibi parabant arguit eos qui praecepta legis male interpretando etiam a bonis operibus sabbato estimabant feriandum, cum lex a servili opere, id est a malis abstinere praecipiat in sabbato.

In quo signatur in septima quiete illos qui in sex aetatibus saeculi bona fecerunt non a bonis sed a malis ferias habituros.

Corpus curaturus de animae de salvatione interrogat, quia illa miracula propter animae salutem faciebat, et ipsa sanatio manus salutem animae significabat, vel nomine animae totius hominis significatur.

Extende ad pauperes. Extende ut proximum iuves, ut viduae praesidium feras. Extende ad deum pro peccatis tuis.

Infructuosae debilitas animae nullo modo melius ordine curatur quam eleemosinarum largitate. Unde dicitur: Non sit manus ad accipiendum porrecta et ad dandum collecta, quia frustra pro peccatis rogaturos manus ad deum extendit qui has ad pauperes pro posse non extendit. Quia solo livore promoti sunt. Ipso enim cum sua fuit vel manum extendere vel hominem sanare, et magna insipientia de nece tractare cuius beneficiis plurimum indigebant.

Mt 12 c. Mr 3 b. Io 11 c

In montem ascendens ad se vocat et elegit quos voluit, quia non illorum est studium sed divinae gratiae ut in apostolatum vocentur. Unde: Non vos me elegistis et cetera.

Mox ac deum orando quaerit ad superiora progreditur. Veritatis culmen sublimis ascendit. Orat autem dominus non pro se quia impotens sed pro me quia clemens. Unde statim subdit: Et cum dies factus esset vocavit discipulos suos. Qui eius magisterio discunt. Inter regni discipuli, de quibus elegit duodecim quos apostolos nominavit, id est suo loco missos dicit. Unde: Sicut misit me pater.

Mons in quo apostolos elegit et docet altitudinem designat iustitiae qua instruendi erant et praedicaturi, ne in infimis remanerent sed ad summa erigantur. Sic et lex in monte data fuit. Apostolos praeminentes ab omnibus

Finis capituli.

Mt 10 c. Mr 6 b.

in montem. Orare et erat pernoctans in oratione dei. et cum dies factus esset vocavit discipulos suos et elegit .xii. ex ipsis quos et apostolos nominavit. symonem quem cognominavit petrum et andream fratrem eius iacobum et iohannem philippum et bartholomeum. matheum et thomam iacobum alphei. et symonem qui vocatur zelotes. iudam iacobi. et iudam scarioth. qui fuit proditor.

Et descendens de monte cum illis stetit in loco campestri. et turba discipulorum eius et multitudo copiosa plebis ab omni iudea et ierusalem et samaria et maritima et tyri et sydonis qui venerant ut audirent eum. et sanarentur a languoribus suis. et qui vexabantur a spiritibus inmundis curabantur.

Interlinear glosses: in forma presbiteri quod debeas etiam orare · lati. · in secreto. · in ordinatione ordinis fide · mittentes in signum · et a se nominavit.

ut a christo in monte montes suscipiant pacem populo suo etc. et moyses solus legem spiritualiter intelligens montis verticem in quo deus erat ascendit.

Non sapientes non divites non nobiles elegit ne dixisse per prudentiam ne redimisse divitiis. ne potentie nobilitatis sed auctoritatis aliquos ad gratiam traxisse videretur.

Cognominavit non modo primum sed longe post cum ab andrea adductus dixit. tu vocabis cephas quod interpretatur petrus. sed volens lucas nomina .xii. apostolorum enumerare dicere cum necesse haberet petrum decebat intelligi voluit innuere quod non hoc antea vocaretur sed ita eum dominus cognominavit ut non casu factum putetur. sed ex mutatione sacramentum petre audientibus commendaretur.

Matheus cum pari suo thome in ordine humilitatis causa sese supponit cum aceteris evangelistis prelatus sit.

Si dicamus dicamus duos esse sermones ascendit in montem et hunc cum discipulos. et post descendit. et fecit istum ad turbam. si dicamus unum fuisse sic intelligendum est. quod ascendit in montem et post aliquantulum descendit. et ubi fecit sermonem non erat planicies.

Electurus apostolos in montana subiit etiam actuus ad campestria redituris. quia non nisi humili turbe christum videre sufficiunt. et raro inveniuntur quod vel turba discipulorum ad altiora sectatur vel quis quod debilis in monte curetur. sed extincta febre libidinum et succensa luce scientie peteretianti quisque subire clivum virtutum.

Est oppidum a primo mari galilee quod hic non miraculi loco ponetur sed a mari magno cognoiatur in quo tyrus et sidon comprehendi potant. sed quia civitates sunt gentium consulte noiatur ponuntur. ut christum a se

¶ Mt 10 A. Mr 3 C.

¶ C
Evangelium de martiribus. Mt 5 A. Mr 3 B. Mt ee. Jo 6 A.

et omnis turba querebat eum tangere quia uirtus de illo exiebat et sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat. Beati pauperes quoniam uestrum est regnum dei.

(quia qui esurit esurientem compatitur)

Beati qui nunc esuritis

(compatiendo largitur, largiendo fit iustus. equale se inferioribus.)

quia saturabimini.

(iusticiam per hanc dolum excludit)

Beati qui nunc fletis

(nunc redeunt de presenti miseria.)

quia ridebitis.

(de dilatione bonorum.)

Beati eritis cum uos oderint homines et cum separauerint uos et exprobrauerint et eiecerint nomen uestrum tanquam malum propter filium hominis. Gaudete in illa die et exultate.

(constantia patientibus in terris multa)

Ecce enim merces uestra

(merces in celis.)

multa est in celo.

Beati cum non domino consummare uirtutes ante consilio possunt gratia uirtutum perfectionis sine beatitudine fouendi ut paulatim ad meliora progressi dum domino stante in planitie uidentur ascultant ad hec quibus in monte sedentem sublimiter ascendunt. Et iam quorum cordibus adhuc eo mandis insistit hos quibus stans assensum quos longo studio exercitatos et iam dociles inuenerit: his qui quietus residens mistica intimat.

Qui propter diuitias beatitatis christi propter panem uite eterne propter spem celestium gaudiorum fletus esuriem paupertatem quia desiderant beatus est. quanto beatior qui suas uirtutes inter aduersa seruare non trepidat.

Inter odia cordium inter probra linguarum inter manus persequentium lectori corde uersamini intuitu sine mercedis.

Cum super regnum celorum pauperum esse dicatur: ex opposito apparet et ab hoc

2

Sed uirtus christi intimatur quia in gentes ciuitates exeat.

Tangit christum qui fideliter credit in eum. Tangitur a christo qui firmatur ab illo qui sic tangit et tangitur spiritu in uirtute sanatur.

Et signaliter omnibus loquitur specialiter discipulos leuat oculos. ut que intenta cordis aure uerbum percipiunt latius seporis intimi lumen accipiant. Quibus dudum in monte sedens os aperuit ut magna proferret in eos stans in campo oculos dirigit ut audita patentius intelligant.

Quod apud matheum per viii. beatitudines dicitur in sermone perfectionis ad apostolos in summo montis hic apud lucam compendiosius per iiii. cardinales uirtutes comprehenditur uel minori sermone ad turbas in imo. dicit ergo beati pauperes. ecce temperantia. que est facere cordis mundiciam. beati qui nunc esuritis. quia compatiuntur aliis et miserentur et tribuunt sua. non querentes aliena. ecce iusticia. que est facere misericordie. beati qui nunc fletis. ecce prudentia. qua attenditur quam misera sunt terrena et quam beata celestia. que est facere pacem. beati eritis cum uos oderint. ecce fortitudo que facit mansuetum. fortis est qui uincit iram et alios motus animi. connexe sunt uirtutes ut qui unam habet plures habere uideatur. sed eius que fuerit uberior. est ubius primum hospitalitas et humilitas et sobrietas habeat que uel omnia sed ex fide plenitur. per tenet principatum.

Ma. 4 A.

Fragmentum post 20 ... 4 A.

In solus.

Exemplo prophetarum confortat eos ne ra dicentes. persecutionem pati solet.

Mistice divites repleti iudei acul
heretici et mundi philosophi qui ub
tate verborum et facundie preconio
delectati simplicitatem fidei vere
super gazas thesauros inutiles con
diderunt. et usum sensus de generatione
christi disputantes. cum in fructu
fidei sue egestatem recognoscent
credentes perfidie quem impercinit
tientem. ergo maceram ieiuni
o carmina tanta supplicii crescente
etiam tempus crucis suos luge
ant quibus venditur.

Salomon. cor sapientis ubi est
tristicia. cor stultorum ubi leticia
a docens stultitiam ridentibus
prudentiam flentibus ascri
bi — ut ibi ue. etc.

Ve. cum. b. quia hic placent pote
tibus maledicto perpetuo se subdunt.
et sicut pauperes esurientes fle
tes in pravitate malorum plant
sic divitiis repletis risu et uaca
tes male obsequentium che trenic
la maiore fovent ad penam.

Quia prophete inventi in peccati non ta
sunt optantium sed et pronunciatores
futurorum. ipsi enim pro inimicis
orabant — ut.

Dicto quod debet inimicis parant
pati supponit quales se debeant
ad ipsos inimicos habere. quia et enim
lacte imbuuntur. sed validiori ca
ritatis cibo roboratur. non sufficit
non odisse. sed quod ultra humanam

a^t u ii.

Secundum eum
hi faciebant pseudoprophetis
qui timore non deficiebant
patres eorum. Verumtamen
a veritate. quia qui sunt
ve vobis divitibus
qui pro bore terre. quia pro potus usu
temporalium quem nunc diligitis etc.
qui habetis consola
necessitates temporis miserias atque
tionem vestram. Ve
contra.
vobis qui saturati
estis quia esurietis.
Ve vobis qui ride
tis nunc: quia luge
bitis et flebitis. Ve
cum vobis bene
dixerint homines omnes.
Qui adulabantur pseudo apostoli
Secundum hec fa
qui ob captationem vulgi favo
ciebant pseudoprophetis patres
non de corde suo prophetabant. quia hi
eorum. Sed vobis dico
efficient non impossibile quod homines
qui auditis. Dilig
non vicia. qui inimici sunt ad cibum
te inimicos vestros
unius. et etiam corporis.
benefacite his qui
et bona
oderunt vos. Be
orate.
nedicite maledi

regno se alienat qui con
solationem querit inter pabulum
necnon divitie quia amor di
vitiarum in culpa est.

Qui inter divites amplius
habundantis sicut dives
qui induebatur purpura
et bisso. et epulabatur. etc.
qui de digito lazari querit
guttam aque qui saturati estis.
qui in desideriis vobis pla
centes nullam in — bonis
famem patimini.

Magna pars peccati peccati sua
scelera non modo arguit.
sed insuper qui bene gesta lau
dauit.

Mathei in monte tractat
divites bonorum solum modo.
lucas vero in campo ue
describit reproborum quia
rudes adhuc auditores
nimis terrore ad bona
sunt complendi per
fectos satis est premiis
invitari.

Hinc apostolus maledicimur.
et benedicimus. blasphe
mamur. et obsecramus.

Cum caritas paciens sit sic
debet paciam ut haberi. cu
benigna sit non debet res
pondere maledictis. sed
non querit que sua sunt. non
debet resistere sapienti.
si non emulatur — sol —
de — ber o dis
se ut — inimicos.

Medicus animarum qui est ad curandos proximos instruit omnia que ad salutem proximorum valere perspicit vel levare precipit. et pertinet ad medicinam. ut tamquam assiduus egrotantibus vel freneticis si salus illorum id exigat multa patiantur donec infirmitas transeat. Quod tam mirum quam percutienti maxillam prebere. unde ne omnis indignantis frangitur impetus. ira sedatur et per paciam ille invitatur ad penitenciam.

Et non tantum ad amicos opera caritatis extendit sed et ad inimicos. ut amici esse incipiant. et prius affectum dilectionis et postmodum opera ostendit dilectionis.

Quantum nobis gradus perfectionis eminencior est tanto necesse est ut cura virtutis sit ubior ut et non amant summi caritatis amplectamini.

...centibus vobis. Orate pro calumpniantibus vos. [¶] Et qui te percusserit in unam maxillam: prebe illi et alteram. et ab eo qui aufert tibi. (scilicet exterius.) Vestimentum (scilicet interius) et tunicam noli (scilicet tempore pacis non) prohibere. Omni autem (nocere aliquid et de beneficiis.) petenti te tribue. (scilicet vel correctionem scilicet doctrinam vel) et qui aufert que (fundum vel animalia vel que cetera pecu...) tua sunt ne repetas. [¶] Et prout vultis ut faciant vobis homines et vos facite illis similiter. [¶] Et si diligitis illos qui vos diligunt que vobis est gratia? (scilicet publicani et humani.) Nam et peccatores (scilicet natura duce.) diligentes se diligunt. et si bene feceritis his qui vobis bene (scilicet illud quod non vobis bona faciunt.) faciunt que nobis est gratia?

naturam est percipimur diligere et de lex iniusticie dimitte impetit ultionis evangelium inimicis caritatem. odium benignitatis. maledictis vota perseverantibus paciencia. esurientibus largitate et gratiam remunerationis impertit.

Quod de vestimento et tunica dicitur. in malum est faciendum quod aliquo iure temporali nostra dicimus. sitis de necessariis sed imperatur multo magis superflua contempnere precipimur.

Ex parte vultis. ne videatur lege dissolvere in beneficiis iuste servat quod negligit in iniuriis nec aut pro ut faciunt facite sed pro ut vultis ut faciant vobis homines. ut vicissitudo sit cum mutatione et vota sancte equum.

Quia caritas paciens est. benigna est. non tantum in via inimicicie sustinet fortis. sed amicos quos gratia benigne provenit. ut bonis sicut ad amorem aliorum et alteram vim lanius instruit sub dicendo. et si diligitis.

Pharisei victores partes dividunt iusticia una in dominum que pietas dicitur: alteram in parentes vel reliquum humanum genus. Terciam in mortuos. ut his exequiarum iusta solvuntur. sed dominus legem compleat et pharisei vestigium super gressus me... [illegible] ... le — (Erit) — se pietatis poriget officium.

[margin:] cap. 4 F.

[margin:] cap. 4 d.

[margin:] cap. 4 5.

Siquidem et peccatores hoc faciunt. Et si
mutuum dederitis his a quibus speratis reci
pere, que gratia est vo
bis? nam et peccatores
peccatoribus feneratur ut recipiant equa
lia. Verumtamen diligite inimicos vestros et
benefacite et mutuum date. nichil inde sp
erantes. et erit merces vestra multa. et eritis
filii altissimi quia ipse benignus est super in
(gloss: quod non tantum in largitate be)
gratos et malos. Estote ergo misericordes sic
(gloss: neficiorum sitis misericordes. sed et in iudicando.)
et pater vester misericors est. Nolite iu
dicare et non iu
dicabimini. Noli
te condempnare
(gloss: Remittite dona vestra et desectas)
et non condemp
(gloss: non dicit sciam. ... gratia aperta.)
nabimini. Dimitti
(gloss: iniurias. peccata vestra. beneficia. vitam eternam.)
te et dimittetur vobis. Date et dabitur
vobis. Mensuram bonam et con
(gloss: id est plenam. coagitatam. — tertiam ut de)
fertam et coagitatam et supereffluen
(gloss: det quia occasio premendi fuerunt.)
tem dabunt in sinum vestrum. Eadem
quippe mensura qua mensi fueritis
—ea—ti—tur—est.

Ex hoc solo quia speratis. et non pro deo datis.

Postquam dilectionem et beneficium peccatorum mutuum quasi infructuo sa redarguit. nunc quomodo a fidelibus fructuose fieri debeant ostendit. quasi quamvis peccatoribus non prosit talis dilectio et beneficium mutui vestrum: tamen vos diligite non tantum amicos sed altiore gradu virtutis et inimicos.

Estote etiam sperantes non in hominem sed precedit egentes qui sunt reddant quia commodastis reddere et deus quo iubente fecistis sum non reddat reddit eis usura in — eternum — sum erit.

Pluit super malos et pruentis terra non negat. id est sol bonos et malos illuminavit. et iustos prophetas inde prophetas pluvias irrigat. in iniustis radius eter ni solis refulsit. sic illi cen sunt: estote eis misericordes docendo et excolendo. et nolite temere iudicare nec dicatis ex de licta ubi in aliam cogitatur fer re sententiam.

Quanto excelsius premium. tan to debet impensius esse officium.

Sunt quedam media vel certa quo animo fiant. quia bene et ma le possunt fieri. et nescientes talia fueris et quando apparet malus de cuius correctione desperare cum quasi abiectum reprehendere te iure

Duo sunt genera beneficii. vel cum benivole donamus. vel cum reddi to emendamus.

De apertis que bono a nimo fieri non possunt permittitur nobis iudicare.

Generaliter de omnibus potest acci pi que mercede maturi languebitur. quia pro operibus sin gulorum reddetur deus.

Sermo clvi.

Fō ē p^t pecti. q^t ∧ a.

q^t ∧ a. q^r e c.

remetietur vobis. Dicebat autem illis et similitudinem. Numquid potest caecus caecum ducere. Nonne ambo in foveam cadunt? Non est discipulus super magistrum. perfectus autem omnis erit si sit sicut magister eius. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui. trabem autem quae in oculo tuo est non consideras. aut quomodo potes dicere fratri tuo. frater sine eiciam festucam de oculo tuo. ipse in oculo tuo trabem non videns. Hypocrita eice primum trabem de oculo tuo. et tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui. Non est enim

[interlinear glosses:] s. stultus ... s. stultum ... s. docere. ... s. imperitus doctor ... fovean. ... s. capitis sui fragilis. s. christum ... deum omnipotentem. ... s. levius quod perturbat oculum mentis. ... s. gravius crimine ... s. intentione. ... s. non potest iniurias ut ira in fratrem emendare donec mansuetudine ... odium vel invidiam, perplexitas ... corde. ... perspicies ... s. Non enim prius est doctor aliis idoneus ... nisi quod in se sanaverit.

Si magister qui deus non suas ulcisci iniurias sed tolerando persecutores mitiores reddere voluit discipuli qui perfecti hanc regulam perfectionis imitari debent.

Apertus oculum male videt. s. lacrimam suam. dum alium vult mederi. sed cecus sed non valet intueri oculum nisi de tua cadet.

Hypocrita. huius non odio vel livore omnia accusare sunt cupiunt. et volunt videri iustores sine exemplo sive emendationis. si prius debet auferre trabem invidentie vel malicie simulationis de oculo cordis sui. ut valeat eicere festucam iracundie vel alicuius livoris culpe de oculo fratris.

Arbor bona vel mala non natura qui adeo in hominibus

Non iniqua mensura recipiet deus. sed et ac sic dicat. ipsa deus tuam iudicandi et iniqua mensura tibi nocet. te punit et se non illum de quo hoc agis vel si recte iudicas et metieris tibi proderit. te salvat et si aliquam non illum cui impendis.

Similitudinem proposuit de iustitia ad dandam elemosinam et ad dimittendam iniuriam.

Sic te violentiam ira te cecavit. sic te peremit avaricia et nunc iniqua cura tua animam tuam curare potes. non solum qui tibi iniuriam fecit. sed tu qui fratri nescias tuis est sed simplicitas illius te tranquillum invenit et ille permanebit. et tu de peccatis tuis caliginosa vis. cecum te vidit de oculo. i. serene corde ad lumen ducere curasti.

Vere praesertim avaritiae castigare non valet quia fratris vel odio. vel alio vicio per viciam levia vel ut nulla iudicantes graviter increpant illos quos a statu nostro videtur ira. vel aliquo levi peccato perturbatos hi tales magis amant imperare et dampnare quam corrigere et emendare.

Hypocrita. sic quae vis reprehendere primum vide utrum ei similis sis. quod si es parter ingemiscere et non eum tu obiurgare sed pariter coronari moneo quod si non es similis tamen vel aliquando fuisti vel esse potuisti condescende et non ex odio. sed mira argue. Raro ergo et non sine magna necessitate sunt obiurgationes adhibende. et non nisi respectu dei

cap. 14 A.

cap. 10 E. Io 13 B.

cap. 11 A.

cap. 11 E.

F

remota ab occulto trahe.

Non est enim a. b. s. iuxta illud hec iusticiam in ficta quod nobis ostendis. factis imple ut sis arbor bona. et fructibus bonis ornaris. quia et si se fingat hypocrita non est bonus. quia facit opera mala et si reprehendit in sontem non ideo malus est cum opera bona facit. et nota quod manifestius hic agitur.

Mali suo fructu noscuntur. et dum sine nobis factis blasphemant. et merito per impacienciam dinoscuntur in tempore adversitatis. ieiunia enim et orationem et huiusmodi simulans ut et bonis. sed non debent oves pelles suas deponere. et si aliquando lupi se eis contegunt.

Non de spinis. i. sollicitudinibus mundi ficus. i. dulcedo resurrectionis. neque de rubo. i. punctione viciorum uva. i. fructus animae qui sicut uva pressura tremens corrumpitur in feriori maceratur vel de carne que generat spinas et tribulos non vindemiamus. christum qui sicut uva pependit in ligno.

Profert bonum diligit inimicos omnipotenti tribuit et huiusmodi profert malum odit amicum aufert aliena non dat sua et huiusmodi quia deus iudicat ex intentione cordis. unde ergo de bono vel malo corde procedit. bonus vel malus debet iudicari fructus quia ex habundantia cordis quod intus latet loquitur exterius os. i. procedit exterior effectus tam in verbis quam in factis. et hoc est quantum ad divinum examen loquitur os.

voluntas.
Arbor bona que facit
opera
fructus malos neque
voluntas.
arbor mala faciens
opera
fructum bonum.
non quo amentur sed ab operibus quibus ab
Unaqueque enim ar
eis quia ut spina non facit uvam sic
bor de fructu suo
bona arbor bonum malum mala
cognoscitur. Neque
in vino et in ficu.
enim de spinis
colligunt ficus neque
de rubo vindemi
ant uvam. Bonus
ex sermone cognoscitur.
homo de bono thesau
thesauri cordis id est quod radix
ro cordis sui pro
arboris quod de cogitatione profert id est ex
fert bonum et malus
arboris fructus.
homo de malo thesau
quo ex thesau
ro profert malum.
ro.
Ex habundantia e
corde et si
nim cordis os lo
in bonis.
quitur. Quid autem
in ypocrisia.
vocatis me domi
ne domine et non facitis

certa est, sed voluntas bona vel mala. fructus opera que nec bona male voluntatis possunt esse nec mala bone voluntatis.

Spinis. spina et tribulus herbarum a quibus nullus sapientium secretatem vel utilitatem potest invenire. sed offendunt et cruentant ad premantem. vel spine et rubi cuius sensus quod est puncciones viciorum. uva et ficus dulcedo nove conversationis quam christus in nobis esurit et fervor dilectionis qui letificat cor hominis. non de spinis et rubis uva vel ficus quia mens adhuc veteris hominis consuetudine pressa potest quidem simulare. sed non ferre fructus novi hominis quia si quandoque vel fera malorum proferunt bonis non hoc faciunt mali. sed fit de illis consilio dei.

Vel vindemiantur fructus bonus arboris. sed quia non procedit de pinguedine caritatis. deus non bonum iudicat. que autem sit bonorum malorum ne fructuum discrecio vera sub alia figura supponit omnis quod. y. a. m.

Post locutionem universa que actu vel cogitatu de corde proferuntur dominus significat. nam et rubum pro terra solet poni unde iam bene non fuit quod ——— ——— ——— deret ———.

mat 12 e.

mat 12 e.

CAP. VI.

Fodit in altū et ponit fundamentū supra petrā. Facta autē inundatione fluuius impetu cecidit domui illi et non potuit eā mouere. Fundata enim erat super petrā.

Qui audit ea mea et non facit similis est homini edificanti domū suam super terram sine fundamento in qua irruit fluuius et continuo

cecidit et facta est ruina domus illius magna.

Et factum est cum consummasset Iesus omnes sermones suos in audientia populi introiuit Capharnaum. Centurionis autem cuiusdam seruus malus habebat qui illi erat pretiosus. Qui mittens seniores iudeorum rogauit illum ut veniens salvaret seruum eius. At illi cum venissent ad Iesum rogabant eum sollicite dicentes quia dignus est illi hoc. Diligit enim gentem nostram et synagogam ipse aedificauit nobis. Iesus autem ibat cum illis. Et cum iam non longe esset a domo misit centurio amicos dicens ei. Domine noli vexari. Non enim dignus sum ut sub tectum meum intres. Propter quod nec meipsum arbitratus sum dignum ad te venire. Sed dic verbo et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites et dico huic vade et vadit et alii venite et veniunt et seruo meo fac hoc et facit. Audiens autem Iesus admiratus est et conuersus sequentibus se turbis dixit. Amen dico vobis non inueni tantam fidem in Israel. Et reuersi qui missi fuerant domum sanum seruum inuenerunt.

Et factum est deinceps ut iret in ciuitatem quae vocatur Naim et ibant cum illo discipuli eius et turba copiosa. Cum autem appropinquaret portae ciuitatis ecce defunctus efferebatur filius unigenitus matris suae et haec vidua erat et turba ciuitatis multa cum illa. Quam cum vidisset dominus misericordia motus super eam dixit illi. Noli flere. Et accessit et tetigit loculum. Nam qui portabant steterunt. Et ait. Adolescens tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus et coepit loqui. Et dedit illum matri suae. Accepit autem omnes timor et magnificabant deum dicentes quia propheta magnus surrexit in nobis et quia deus visitauit plebem suam. Et exiit hic sermo in omni Iudaea de eo et in omni circa regione.

Et nuntiauerunt Iohanni discipuli eius de omnibus his. Et conuocauit duos quosdam de discipulis suis Iesus et misit ad Iohannem dicens. Tu es qui venturus es an alium exspectamus? Cum autem venissent ad illum viri dixerunt. Iohannes Baptista misit nos ad te dicens. Tu es qui venturus es an alium exspectamus? In illa autem hora multos curauit a languoribus et infirmitatibus et spiritibus malis et caecis multis donauit uidere. Et respondens dixit illis. Euntes renuntiate Iohanni quae audistis et uidistis. Caeci uident claudi ambulant leprosi mundantur surdi audiunt mortui resurgunt pauperes euangelizantur et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Cum autem discessissent nuntii Iohannis coepit dicere ad turbas de Iohanne. Quid existis in desertum uidere? Arundinem uento agitatam? Sed quid existis uidere? Hominem mollibus uestimentis indutum? Ecce qui mollibus uestimentis indumenta habent in domibus regum sunt. Sed quid existis uidere? Prophetam? Etiam dico uobis et plus quam prophetam. Hic est enim de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam qui praeparabit uiam tuam ante te. Amen dico uobis non surrexit inter natos mulierum maior Iohanne Baptista. Qui autem minor est in regno dei maior est illo. Et omnis populus audiens et publicani iustificauerunt deum baptizati baptismo Iohannis. Legisperiti autem consilium dei spreuerunt in semetipsos non baptizati ab eo. Cui ergo similes dicam homines generationis huius et cui similes sunt? Similes sunt pueris qui sedentes in foro loquuntur alterutrum et dicunt. Cecinimus uobis tibia et non saltastis. Lamentauimus et non planxistis. Venit enim Iohannes neque manducans neque bibens et dicitis. Daemonium habet. Venit filius hominis manducans et bibens et dicitis. Ecce homo deuorator et potator uini amicus publicanorum et peccatorum. Et iustificata est sapientia a filiis suis omnibus.

Rogabat autem illum quidam pharisaeorum ut manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisaei discubuit. Et ecce mulier quae erat in ciuitate peccatrix ut cognouit quod accubuisset in domo pharisaei attulit alabastrum unguenti. Et stans retro secus pedes eius lacrimis coepit rigare pedes eius et capillis capitis sui tergebat et osculabatur pedes eius et unguento unguebat. Videns autem pharisaeus qui uocauerat eum ait intra se dicens. Hic si esset propheta sciret utique quae et qualis mulier quae tangit eum quia peccatrix est. Et respondens Iesus dixit ad illum. Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister dic. Duo debitores erant cuidam feneratori. Unus debebat denarios quingentos alius autem quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent utrisque donauit. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon dixit. Aestimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem dixit Simoni. Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam aquam pedibus meis non dedisti. Haec autem lacrimis rigauit pedes meos et capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti. Haec autem ex quo intrauit non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti. Haec autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi remittuntur peccata multa quia dilexit multum. Cui autem minus dimittitur minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata. Et coeperunt qui simul accumbebant dicere intra se. Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit. Vade in pace.

Et factum est deinceps et ipse iter faciebat per ciuitates et castella praedicans et euangelizans regnum dei et duodecim cum illo et mulieres quaedam quae erant curatae a spiritibus malignis et infirmitatibus Maria quae uocatur Magdalene de qua septem daemonia exierant et Iohanna uxor Chuzae procuratoris Herodis et Susanna et aliae multae quae ministrabant eis de facultatibus suis.

Cum autem conuenirent turbae plurimae et de ciuitatibus properarent ad eum dixit per similitudinem. Exiit qui seminat semen suum. Et dum seminat quaedam cecidit secus uiam et conculcata est et uolucres caeli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram et natum aruit quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas et simul exortae spinae suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam et ortum fecit fructum centuplum. Haec dicens clamabat. Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius quae haec parabola esset. Quibus ait. Vobis datum est nosse mysterium regni dei. Ceteris autem in parabolis ut videntes non uideant et audientes non intellegant. Est autem haec parabola. Semen est uerbum dei. Qui autem secus uiam sunt hi sunt qui audiunt deinde uenit diabolus et tollit uerbum de corde eorum ne credentes salui fiant. Nam qui supra petram hi sunt qui cum audierint cum gaudio suscipiunt uerbum et hi radices non habent qui ad horam credunt et in tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinas cecidit hi sunt qui audierunt et a sollicitudinibus et diuitiis et uoluptatibus uitae euntes suffocantur et non referunt fructum. Quod autem in bonam terram hi sunt qui in corde bono et optimo audientes uerbum retinent et fructum adferunt in patientia.

Nemo autem lucernam accendens operit eam uase aut subter lectum ponit sed ponit eam super candelabrum ut intrantes uideant lumen. Non enim est occultum quod non manifestetur neque factum est absconditum quod non cognoscatur et in palam veniat. Videte ergo quomodo audiatis. Qui enim habet dabitur illi et quicumque non habet etiam quod putat se habere auferetur ab eo.

Venerunt autem ad eum mater et fratres eius et non poterant adire eum prae turba. Et nuntiatum est illi. Mater tua et fratres tui stant foris uolentes te uidere. At ille respondens dixit ad eos. Mater mea et fratres mei hi sunt qui uerbum dei audiunt et faciunt.

Factum est autem in una dierum et ipse ascendit in naviculam et discipuli eius et dixit ad illos. Transeamus trans stagnum. Et ascenderunt. Et dormiebat. Et descendit procella uenti in stagnum et complebantur et periclitabantur. Accedentes autem suscitauerunt eum dicentes. Praeceptor praeceptor perimus. Qui cum surrexisset increpauit uentum et tempestatis impetum et cessauerunt et facta est tranquillitas. Dixit autem eis. Vbi est fides uestra? Timentes autem mirati sunt ad inuicem dicentes. Quis putas hic est quia et uentis imperat et mari et obaudiunt ei?

Et nauigauerunt ad regionem Gerasenorum quae est contra Galilaeam. Et egresso illo in terram obuiauit ei quidam uir qui habebat daemonia iam temporibus multis et uestimento non induebatur et in domo non manebat sed in monumentis. Qui cum uidisset Iesum et exclamasset procidit ante illum et uoce magna dixit. Quid mihi et tibi est Iesu fili dei altissimi? Deprecor te ne me torqueas. Praecipiebat enim spiritui immundo ut exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum et uinciebatur catenis et compedibus custoditus et disrumpebat uincula et agebatur a daemonio in deserta. Interrogauit autem illum Iesus dicens. Quid tibi nomen est? At ille dixit. Legio. Quia intrauerant daemonia multa in eum. Et rogabant eum ne imperaret illis ut in abyssum ire iuberet. Erat autem ibi grex porcorum magnus pascens in monte. Et rogabant eum daemones ut permitteret illis in illos intrare. Et permisit eis. Exeuntes autem daemones a homine intrauerunt in porcos et impetu abiit grex per praeceps in stagnum et suffocatus est. Quod cum uidissent qui pascebant fugerunt et nuntiauerunt in ciuitatem et in agros. Et exierunt uidere quod factum esset et uenerunt ad Iesum et inuenerunt sedentem hominem de quo daemonia exierant uestitum et sanae mentis ad pedes Iesu et timuerunt. Narrauerunt autem illis et qui uiderant quomodo factum esset a legione daemonum liberatus. Et rogauit eum omnis multitudo regionis Gerasenorum ut discederet ab eis quia timore magno pressi erant. Ipse autem ascendens in naviculam reuersus est. Rogabat autem eum ille uir a quo daemonia exierant ut cum illo esset. Dimisit autem eum dicens. Reuertere in domum tuam et narra quanta tibi fecit deus. Et abiit per uniuersam ciuitatem praedicans quanta illi fecisset Iesus.

Reuersus autem Iesus uenit in Capharnaum post dies. Et factum est cum reuerteretur excepit illum turba. Erant enim omnes exspectantes illum. Et ecce uenit homo cui nomen Iairus et ipse archisynagogus erat et cecidit ad pedes Iesu et rogabat eum ut intraret in domum eius quia filia unigenita erat ei quasi annorum duodecim et haec moriebatur. Et factum est dum iret turbae comprimebant eum. Et mulier quae erat in profluuio sanguinis quae in medicos erogauerat omnem substantiam suam et a nullo potuerat curari accessit retro et tetigit fimbriam uestimenti eius et confestim stetit fluxus sanguinis eius. Et dixit Iesus. Quis est qui tetigit me? Negantibus autem omnibus dixit Petrus et qui cum illo erant. Praeceptor turbae te comprimunt et affligunt et dicis quis est qui tetigit me? Ait Iesus. Tetigit me aliquis. Ego enim noui uirtutem de me exisse. Et uidens mulier quia non latuit tremens uenit et procidit ante pedes eius et ob quam causam tetigerit eum adnuntiauit ei coram omni populo et quemadmodum confestim sanata sit. Ipse autem dixit ei. Filia fides tua te saluam fecit. Vade in pace.

Adhuc eo loquente uenit quidam ad archisynagogum dicens ei quia mortua est filia tua ne uexaueris magistrum. Iesus autem audito hoc uerbo respondit patri puellae. Noli timere tantum credite et saluabitur. Et cum uenisset domum non intrauit neminem secum introire nisi Petrum et Iacobum et Iohannem et patrem et matrem puellae. Flebant autem omnes et plangebant eam. Ille autem dixit. Nolite flere. Non enim mortua est puella sed dormit. Et deridebant eum scientes quia mortua esset. Ipse autem eiecit foras omnes et adprehendit manum eius et clamauit dicens. Puella surge. Et reuersus est spiritus eius et surrexit continuo et iussit illi dari manducare. Et stupuerunt parentes eius quibus praecepit ne alicui dicerent quod factum fuerat.

Conuocatis autem duodecim apostolis dedit illis uirtutem et potestatem super omnia daemonia et ut languores curarent et praedicare illos regnum dei et sanare infirmos. Et ait ad illos. Nihil tuleritis in uia neque uirgam neque peram neque panem neque pecuniam neque duas tunicas habere quemquam. Et in quamcumque domum intraueritis ibi manete et inde exite. Et quicumque non recipiunt uos exeuntes de ciuitate illa pulueres pedum uestrorum excutite in testimonium super illos. Egressi autem circumibant per castella euangelizantes et curantes ubique. Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quae fiebant ab eo et haesitabat eo quod dictum esset a quibusdam quia Iohannes surrexit a mortuis. A quibusdam autem quia Helias apparuit. A quibusdam autem quia propheta unus de antiquis surrexit. Herodes autem dixit. Iohannem ego decollaui. Quis autem est iste de quo ego audio talia? Et quaerebat uidere eum.

Et reuersi apostoli narrauerunt illi quae fecerunt. Et adsumens illos secessit seorsum in locum desertum ciuitatis quae uocatur Bethsaida. Et cognouerunt turbae et secutae sunt illum. Et suscipiens illos coepit loqui illis de regno dei et eos qui curationibus indigebant sanabat. Dies autem coepit declinare. Et accedentes duodecim dixerunt illi. Dimitte turbam ut euntes in castella quae circa sunt et uillas diuertant et inueniant escas quia hic in loco deserto sumus. Ait autem ad illos. Date illis uos manducare. Et dixerunt. Non sunt nobis plus quam quinque panes et duo pisces nisi forte nos eamus et emamus in omnem hanc turbam escas. Erant enim quasi uiri quinque milia. Dixit autem ad discipulos suos. Facite illos discumbere per conuiuia singula. Et fecerunt ita et discumbere fecerunt omnes. Accepit autem quinque panes et duos pisces et respiciens in caelum benedixit illis et fregit et dabat discipulis suis ponere ante turbam. Et manducauerunt et saturati sunt omnes et sublatum est quod superauit illis fragmentorum cophini duodecim.

Et factum est cum solus esset orans simul erant discipuli et interrogauit illos dicens. Quem me dicunt turbae esse? At illi respondentes dixerunt. Iohannem Baptistam alii autem Heliam alii uero quia propheta unus de antiquis surrexit. Dixit autem ad illos. Vos autem quem me esse dicitis? Respondens autem Petrus dixit. Christum dei. Increpans autem illos praecepit ne cui dicerent hoc dicens. Quia oportet filium hominis multa pati et reprobari a senioribus et principibus sacerdotum et scribis et occidi et die tertia resurgere. Et dicebat ad omnes. Si quis uult post me uenire abneget semetipsum et tollat crucem suam quotidie et sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam saluam facere perdet illam. Nam qui perdiderit animam suam propter me hic saluam faciet illam. Quid enim prodest homini si lucretur mundum totum se autem ipsum perdat et detrimentum sui faciat? Nam qui me confusus fuerit et meos sermones hic filius hominis confundetur cum uenerit in maiestate sua et patris et sanctorum angelorum. Dico autem uobis in ueritate sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem donec uideant regnum dei.

Factum est autem post dies octo haec omnia et assumpsit Petrum et Iohannem et Iacobum et ascendit in montem ut oraret. Et factum est dum oraret transfiguratus est uultus eius et uestimentum eius album refulgens. Et ecce duo uiri loquebantur cum illo. Erant autem Moyses et Helias qui uisi sunt in maiestate et dicebant excessum eius quem completurus erat in Hierusalem. Petrus autem et qui cum illo erant grauati erant somno. Et euigilantes uiderunt maiestatem eius et duos uiros qui stabant cum illo. Et factum est cum discederent ab illo dixit Petrus ad Iesum. Praeceptor bonum est nos hic esse et faciamus tria tabernacula tibi unum et Moysi unum et Heliae unum nescius quid diceret. Adhuc eo loquente facta est nubes et obumbrabat eos. Et timuerunt intrantibus illis in nubem. Et uox facta est de nube dicens. Hic est filius meus dilectus ipsum audite. Et dum fit uox inuentus est Iesus solus. Et ipsi tacuerunt et nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his quae uiderant.

Factum est autem in sequenti die descendentibus illis de monte occurrit illi turba multa. Et ecce uir de turba clamauit dicens. Magister obsecro te respice in filium meum quia unigenitus mihi est et ecce spiritus adprehendit eum et subito clamat et elidit eum cum fremitu et uix discedit dilanians illum cum elisione et rogaui discipulos tuos ut eiicerent illum et non potuerunt. Respondens autem Iesus dixit. O generatio incredula et peruersa quousque ero apud uos et patiar uos? Adduc filium tuum huc. Adhuc autem accedente illo elisit eum daemonium et discerpsit. Et increpauit Iesus spiritum immundum et sanauit puerum et reddidit illum patri eius. Stupebant autem omnes in magnificentia dei.

Omnibus autem mirantibus in omnibus quae faciebat dixit ad discipulos suos. Vos autem ponite sermones istos in auribus uestris. Filius enim hominis futurum est ut tradatur in manus hominum. Ipsi autem non intellegebant uerbum istud et erat uelatum ab eis ut non intellegerent eum et timebant interrogare eum de uerbo hoc.

Intrauit autem cogitatio in eis quis maior esset ex eis. Iesus autem uidens cogitationem cordis illorum adprehendit puerum et statuit illum secum et dixit eis. Quicumque susceperit puerum istum in nomine meo me recipit et quicumque me susceperit recipit eum qui misit me. Nam qui minor fuerit inter uos omnes hic maior est. Respondens autem Iohannes dixit. Praeceptor uidimus quendam in nomine tuo eiicientem daemonia et prohibuimus eum quia non sequitur nobiscum. Dixit autem ad illum Iesus. Nolite prohibere. Qui enim non est contra uos pro uobis est.

Factum est autem dum complerentur dies assumptionis eius et ipse faciem suam firmauit ut iret in Hierusalem et misit nuntios ante faciem suam. Et euntes intrauerunt in quandam ciuitatem Samaritanorum ut parent illi. Et non receperunt eum quia faciem eius euntis in Hierusalem habebat. Et cum uidissent discipuli eius Iacobus et Iohannes dixerunt. Domine uis dicamus ut ignis descendat de caelo et consumat illos? Conuersus autem increpauit illos et dixit. Nescitis cuius spiritus estis. Filius enim hominis non uenit animas perdere sed saluare. Et abierunt in aliam ciuitatem.

Et factum est dum irent in uia dixit quidam ad illum. Sequar te quocumque ieris domine. Et dixit illi Iesus. Vulpes foueas habent et uolucres caeli tabernacula sed filius hominis non habet ubi caput reclinet. Ait autem ad alium. Sequere me. At ille dixit. Domine permitte me primum ire et sepelire patrem meum. Dixit autem illi Iesus. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos tu autem uade et annuntia regnum dei. Et alius dixit. Sequar te domine sed permitte mihi renuntiare his qui domi sunt meae. Dixit autem Iesus ad eum. Nemo mittens manum suam ad aratrum et respiciens retro aptus est regno dei.

Post haec autem designauit dominus et alios septuaginta duos et misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem et locum quo erat ipse uenturus. Et dicebat illis. Messis quidem multa operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis ut mittat operarios in messem suam. Ite ecce ego mitto uos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum neque peram neque calceamenta et neminem per uiam salutaueritis. In quamcumque autem domum intraueritis primum dicite. Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis requiescet super illum pax uestra autem reuertetur ad uos. In eadem autem domo manete edentes et bibentes quae apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quamcumque ciuitatem intraueritis et susceperint uos manducate quae apponuntur uobis et curate infirmos qui in illa sunt et dicite illis. Appropinquauit in uos regnum dei. In quamcumque autem ciuitatem intraueritis et non susceperint uos exeuntes foras plateas eius dicite. Etiam pulueres qui adhaeserunt nobis de ciuitate uestra in pedes excutimus uobis. Verumtamen hoc scitote quia appropinquauit regnum dei. Dico uobis quia Sodomis in die illa tolerabilius erit quam ciuitati illi. Vae tibi Corozain. Vae tibi Bethsaida. Quia si in Tyro et Sidone factae essent uirtutes quae factae sunt in uobis olim sedentes in cilicio et cinere paenitentiam egissent. Verumtamen Tyro et Sidoni remissius erit in iudicio quam uobis. Et tu Capharnaum nunquid usque in caelum exaltaberis? Usque in infernum descendes. Qui uos audit me audit et qui uos spernit me spernit. Qui autem me spernit spernit eum qui misit me. Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio dicentes. Domine etiam daemonia subiciuntur nobis in nomine tuo. Dixit autem ad illos. Videbam satanan sicut fulgur de caelo cadentem. Ecce dedi uobis potestatem calcandi super serpentes et scorpios et super omnem uirtutem inimici et nihil uobis nocebit. Verumtamen in hoc nolite gaudere quod spiritus uobis subiciuntur gaudete autem quod nomina uestra scripta sunt in caelis.

In ipsa hora exultauit spiritu sancto et dixit. Confiteor tibi pater domine caeli et terrae quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis. Etiam pater quoniam sic placitum fuit ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo et nemo scit qui sit filius nisi pater neque qui pater est nisi filius et cui uoluerit filius reuelare. Et conuersus ad discipulos suos dixit. Beati oculi qui uident quae uos uidetis. Dico enim uobis quia multi prophetae et reges uoluerunt uidere quae uos uidetis et non uiderunt et audire quae audistis et non audierunt.

Et ecce quidam legisperitus surrexit temptans illum et dicens. Magister quid faciendo uitam aeternam possidebo? At ille dixit ad eum. In lege quid scriptum est? Quomodo legis? Ille respondens dixit. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex omnibus uiribus tuis et ex omni mente tua et proximum tuum sicut te ipsum. Dixit autem illi. Recte respondisti. Hoc fac et uiues. Ille autem uolens iustificare semetipsum dixit ad Iesum. Et quis est meus proximus? Suscipiens autem Iesus dixit. Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Iericho et incidit in latrones qui etiam despoliauerunt eum et plagis inpositis abierunt semiuiuo relicto. Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem uia et uidens eum praeterit. Similiter et leuita cum esset secus locum et uidisset praeterit. Samaritanus autem quidam iter faciens uenit secus eum et uidens misericordia motus est. Et adpropians alligauit uulnera eius infundens oleum et uinum et inposuit illum in iumentum suum duxit in stabulum et curam illius egit. Et alia die proferens duos denarios dedit stabulario et ait. Curam illius habe et quodcumque supererogaueris ego cum rediero reddam tibi. Quis horum trium uidetur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit misericordiam in illum. Dixit autem illi Iesus. Vade et tu fac similiter.

Factum est autem dum irent et ipse intrauit quoddam castellum et mulier quaedam Martha nomine excepit illum in domum suam. Et huic erat soror nomine Maria quae etiam sedens secus pedes domini audiebat uerbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Quae stetit et ait. Domine non est tibi curae quod soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi ut me adiuuet. Respondens autem dixit illi Iesus. Martha Martha solicita es et turbaris erga plurima porro unum est necessarium. Maria optimam partem elegit quae non auferetur ab ea.

quia magister vester unus est christus

Qui autem major est vestrum
erit minister vester
qui autem se exaltaverit humiliabitur
et qui se humiliaverit exaltabitur

Vobis autem hypocrite scribe et pharisei
quia clauditis regnum celorum ante homines
vos enim non intratis
nec introeuntes sinitis intrare
vos estis qui devoratis domos viduarum
orationes longas orantes
propterea amplius accipietis judicium

Circuitis enim mare et aridam
ut faciatis unum proselytum
et cum fuerit factus facitis eum filium gehenne
duplo quam vos

Vobis duces cecci qui dicitis
quicumque juraverit per templum nichil est
qui autem juraverit in auro templi debet
stulti et cecci
quid enim maius est aurum
an templum quod sanctificat aurum

Et quicumque juraverit in altari nichil est
quicumque autem juraverit in dono quod est super illud debet
cecci
quid enim maius est donum
an altare quod sanctificat donum

Qui ergo juraverit in altari jurat in eo
et in omnibus que super illud sunt

Et qui juraverit in templo jurat in illo
et in habitante in eo

Et qui juraverit in celo jurat in throno dei
et in sedente super eum

Vobis scribe et pharisei hypocrite
quia decimatis mentam et anetum et cyminum
et reliquistis que graviora sunt legis
judicium et misericordiam et fidem
hec autem oportuit facere et illa non omittere

Duces cecci excolantes culicem
camelum autem glutientes

Vobis scribe et pharisei hypocrite
quia mundatis quod de foris est calicis et catini
intus autem pleni estis rapina et immunditia

Fariseе cece
munda prius quod intus est calicis et catini
ut fiat id quod de foris est mundum

Vobis scribe et pharisei hypocrite
quia similes estis sepulchris dealbatis
que a foris parent hominibus speciosa
intus autem plena sunt ossibus mortuorum
et omni spurcitia

Sic et vos a foris quidem paretis hominibus justi
intus autem plini estis hypocrisi et iniquitate

Vobis scribe et pharisei hypocrite
quia edificatis sepulchra prophetarum
et ornatis monumenta justorum
et dicitis
si fuissemus in diebus patrum nostrorum
non essemus socii eorum in sanguine prophetarum

Itaque testimonium perhibetis vobis metipsis
quia filii estis eorum qui occiderunt prophetas

Et vos implete mensuram patrum vestrorum

Serpentes
generatio viperarum
quomodo fugietis a judicio gehenne

Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas
et ex illis occidetis et crucifigetis
et ex illis flagellabitis in synagogis vestris
et persequemini de civitate in civitatem

Ut veniat super vos omnis sanguis justus
qui effusus est super terram
a sanguine abel justi
usque ad sanguinem zacharie filii barachie
quem occidistis inter templum et altare

Amen dico vobis
venient hec omnia super generationem istam

Jerusalem jerusalem
que occidis prophetas
et lapidas eos qui missi sunt ad te
quotiens volui congregare filios tuos
quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas
et noluisti

Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta

Dico enim vobis
non videbitis me amodo
donec dicatis
benedictus qui venit in nomine domini

Et egressus jesus templum ibat
et accesserunt discipuli eius
ostendere ei edificationes templi

Videte omnia hec
amen dico vobis
non relinquetur hic lapis super lapidem
qui non destruatur

Sedente autem eo super montem olivarum
accesserunt discipuli ad eum secreto
dicentes
dic nobis
quando hec erunt
et quod signum adventus tui et consummationis seculi

Et respondens jesus dixit eis
videte ne quis vos seducat
multi enim venient in nomine meo
dicentes
ego sum christus
et multos seducent

Audituri autem estis prelia et opiniones preliorum
videte ne turbemini
oportet enim hec fieri
sed nondum est finis

Surget enim gens contra gentem
et regnum adversus regnum
et erunt pestilentie et fames et terremotus per loca
omnia autem hec initia sunt dolorum

Tunc tradent vos in tribulationem
et occident vos
et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum

Et tunc scandalizabuntur multi
et invicem tradent
et odio habebunt invicem

Et multi pseudoprophete surgent
et seducent multos

Et quoniam habundavit iniquitas
refrigescet caritas multorum

Qui autem perseverabit usque in finem
hic salvus erit

Et predicabitur hoc evangelium regni
in universo orbe
in testimonium omnibus gentibus
et tunc veniet consummatio

Cum ergo videritis abominationem desolationis
que dicta est a daniele propheta
stantem in loco sancto
qui legit intelligat

Tunc qui in judea sunt fugiant ad montes
et qui in tecto non descendat tollere aliquid de domo sua
et qui in agro non revertatur tollere tunicam suam

Vе autem prегnantibus et nutrientibus in illis diebus

Orate autem ut non fiat fuga vestra in hieme vel sabbato

Erit enim tunc tribulatio magna
qualis non fuit ab initio mundi usque modo
neque fiet

Et nisi breviati fuissent dies illi
non fieret salva omnis caro
sed propter electos breviabuntur dies illi

Tunc si quis vobis dixerit
ecce hic est christus aut illic
nolite credere

Surgent enim pseudochristi et pseudoprophete
et dabunt signa magna et prodigia
ita ut in errorem inducantur
si fieri potest etiam electi

Ecce predixi vobis

Si ergo dixerint vobis
ecce in deserto est
nolite exire
ecce in penetralibus
nolite credere

Sicut enim fulgur exit ab oriente
et paret usque in occidentem
ita erit et adventus filii hominis

Ubicumque fuerit corpus illic congregabuntur aquile

Statim autem post tribulationem dierum illorum
sol obscurabitur
et luna non dabit lumen suum
et stelle cadent de celo
et virtutes celorum commovebuntur

Et tunc parebit signum filii hominis in celo
et tunc plangent omnes tribus terre
et videbunt filium hominis venientem in nubibus celi
cum virtute multa et majestate

Et mittet angelos suos cum tuba et voce magna
et congregabunt electos eius
a quatuor ventis
a summis celorum usque ad terminos eorum

A ficulnea autem discite parabolam
cum jam ramus eius tener fuerit
et folia nata
scitis quia prope est estas

Ita et vos cum videritis hec omnia
scitote quia prope est in januis

Amen dico vobis
quia non transibit generatio hec donec omnia fiant

Celum et terra transibunt
verba autem mea non transibunt

De die autem illa et hora nemo scit
neque angeli celorum
nisi solus pater

Sicut autem in diebus noe
ita erit et adventus filii hominis

Sicut enim erant in diebus ante diluvium
comedentes et bibentes
nubentes et nuptui tradentes
usque ad eum diem quo intravit noe in arcam
et non cognoverunt donec venit diluvium
et tulit omnes
ita erit et adventus filii hominis

Tunc duo erunt in agro
unus assumetur et unus relinquetur

Duo molentes in mola
una assumetur et una relinquetur

Vigilate ergo
quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit

Illud autem scitote
quod si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset
vigilaret utique
et non sineret perfodi domum suam

Ideo et vos estote parati
quia qua hora non putatis filius hominis venturus est

Quis putas est fidelis servus et prudens
quem constituit dominus super familiam suam
ut det illis escam in tempore

Beatus ille servus
quem cum venerit dominus invenerit sic facientem

Amen dico vobis
quia super omnia bona sua constituet eum

Si autem dixerit malus servus ille in corde suo
moram facit dominus meus venire
et cepit percutere conservos suos
manducet autem et bibat cum ebriosis

Veniet dominus servi illius in die qua non sperat
et hora qua ignorat
et dividet eum
partemque eius cum hypocritis ponet

Ibi erit fletus et stridor dentium

Tunc simile erit regnum celorum decem virginibus
que accipientes lampades suas exierunt obviam sponso et sponse

Quinque autem ex eis erant fatue
et quinque prudentes

Fatue enim accipientes lampades suas
non sumpserunt oleum secum

Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis
cum lampadibus

Moram autem faciente sponso
dormitaverunt omnes et obdormierunt

Media autem nocte clamor factus est
ecce sponsus venit
exite obviam ei

Tunc surrexerunt omnes virgines ille
et ornaverunt lampades suas

Fatue autem sapientibus dixerunt
date nobis de oleo vestro
quia lampades nostre extinguuntur

Responderunt prudentes dicentes
ne forte non sufficiat nobis et vobis
ite potius ad vendentes et emite vobis

Dum autem irent emere venit sponsus
et que parate erant intraverunt cum eo ad nuptias
et clausa est janua

Novissime autem veniunt et reliquе virgines
dicentes
domine domine aperi nobis

At ille respondens ait
amen dico vobis
nescio vos

Vigilate itaque
quia nescitis diem neque horam

Sicut homo peregre proficiscens vocavit servos suos
et tradidit illis bona sua

Et uni dedit quinque talenta
alii autem duo
alii vero unum
unicuique secundum propriam virtutem
et profectus est statim

Abiit autem qui quinque talenta acceperat
et operatus est in eis
et lucratus est alia quinque

Similiter qui duo acceperat lucratus est alia duo

Qui autem unum acceperat abiit
et fodit in terra
et abscondit pecuniam domini sui

Post multum vero temporis venit dominus servorum illorum
et posuit rationem cum eis

Et accedens qui quinque talenta acceperat
obtulit alia quinque talenta
dicens
domine quinque talenta tradidisti mihi
ecce alia quinque lucratus sum

Ait illi dominus eius
euge serve bone et fidelis
quia super pauca fuisti fidelis
super multa te constituam
intra in gaudium domini tui

Accedens autem et qui duo talenta acceperat
ait
domine duo talenta tradidisti mihi
ecce alia duo lucratus sum

Ait illi dominus eius
euge serve bone et fidelis
quia super pauca fuisti fidelis
super multa te constituam
intra in gaudium domini tui

Accedens autem et qui unum talentum acceperat
ait
domine scio quia homo durus es
metis ubi non seminasti
et congregas ubi non sparsisti
et timens abii
et abscondi talentum tuum in terra
ecce habes quod tuum est

Respondens autem dominus eius
dixit ei
serve male et piger
sciebas quia metio ubi non seminavi
et congrego ubi non sparsi
oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis
et veniens ego recepissem utique quod meum est
cum usura

Tolle itaque ab eo talentum
et date illi qui habet decem talenta

Omni enim habenti dabitur
et abundabit
ei autem qui non habet
et quod habet auferetur ab eo

Et inutilem servum ejicite in tenebras exteriores
ibi erit fletus et stridor dentium

Cum autem venerit filius hominis in majestate sua
et omnes angeli cum eo
tunc sedebit super sedem majestatis sue

Et congregabuntur ante eum omnes gentes
et separabit eos ab invicem
sicut pastor segregat oves ab hedis

Et statuet oves quidem a dextris suis
hedos autem a sinistris

Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt
venite benedicti patris mei
possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi

Esurivi enim et dedistis mihi manducare
sitivi et dedistis mihi bibere
hospes eram et collegistis me
nudus et cooperuistis me
infirmus et visitastis me
in carcere eram et venistis ad me

Tunc respondebunt ei justi dicentes
domine quando te vidimus esurientem et pavimus
aut sitientem et dedimus potum
quando autem te vidimus hospitem et collegimus
aut nudum et cooperuimus
aut quando te vidimus infirmum aut in carcere
et venimus ad te

Et respondens rex dicet illis
amen dico vobis
quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis
mihi fecistis

Tunc dicet et his qui a sinistris erunt
discedite a me maledicti in ignem eternum
qui paratus est diabolo et angelis eius

Esurivi enim et non dedistis mihi manducare
sitivi et non dedistis mihi bibere
hospes eram et non collegistis me
nudus et non cooperuistis me
infirmus et in carcere et non visitastis me

Tunc respondebunt et ipsi dicentes
domine quando te vidimus esurientem aut sitientem
aut hospitem aut nudum
aut infirmum aut in carcere
et non ministravimus tibi

Tunc respondebit illis dicens
amen dico vobis
quamdiu non fecistis uni de minoribus his
nec mihi fecistis

Et ibunt hi in supplicium eternum
justi autem in vitam eternam

Factum est autem cum consummasset jesus sermones hos omnes
dixit discipulis suis

Scitis quia post biduum pasca fiet
et filius hominis tradetur ut crucifigatur

Tunc congregati sunt principes sacerdotum et seniores populi
in atrium principis sacerdotum
qui dicebatur caiphas
et consilium fecerunt ut jesum dolo tenerent et occiderent

Dicebant autem
non in die festo
ne forte tumultus fieret in populo

Cum autem esset jesus in bethania in domo simonis leprosi
accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti preciosi
et effudit super caput ipsius recumbentis

Videntes autem discipuli indignati sunt nimis
dicentes
ut quid perditio hec

Potuit enim istud venundari multo
et dari pauperibus

Sciens autem jesus ait illis
quid molesti estis huic mulieri
opus enim bonum operata est in me

Nam semper pauperes habetis vobiscum
me autem non semper habetis

Mittens enim hec unguentum hoc in corpus meum
ad sepeliendum me fecit

Amen dico vobis
ubicumque predicatum fuerit hoc evangelium in toto mundo
dicetur et quod hec fecit
in memoriam eius

Tunc abiit unus de duodecim
qui dicebatur judas scariothes
ad principes sacerdotum
et ait illis
quid vultis mihi dare
et ego vobis eum tradam
at illi constituerunt ei triginta denarios

Et exinde querebat opportunitatem ut eum traderet

Prima autem die azimorum accesserunt discipuli ad jesum
dicentes
ubi vis paremus tibi
comedere pascha

Ait illis
ite in civitatem ad quendam
et dicite ei
magister dicit
tempus meum prope est
apud te facio pascha cum discipulis meis

Et fecerunt discipuli sicut constituit illis jesus
et paraverunt pascha

Vespere autem facto discumbebat cum duodecim discipulis suis

Et edentibus illis dixit
amen dico vobis
quia unus vestrum me traditurus est

Et contristati valde
cepit unusquisque eorum dicere
numquid ego sum domine

Ipse autem respondens ait
qui intingit mecum manum in paropside
hic me tradet

Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de eo
vе autem homini illi per quem filius hominis tradetur
bonum erat ei si natus homo ille non fuisset

Respondens autem judas qui tradidit eum dixit
numquid ego sum rabbi
ait illi
tu dixisti

Cenantibus autem eis
accepit jesus panem et benedixit ac fregit
deditque discipulis suis et ait
accipite et comedite
hoc est corpus meum

Et accipiens calicem gratias egit
et dedit illis dicens
bibite ex hoc omnes
hic est enim sanguis meus novi testamenti
qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum

Dico autem vobis
non bibam amodo de hoc genimine vitis
usque in diem illum cum illud bibam vobiscum novum
in regno patris mei

Et hymno dicto exierunt in montem olivarum

Tunc dicit illis jesus
omnes vos scandalum patiemini in me in nocte hac
scriptum est enim
percutiam pastorem
et dispergentur oves gregis

Postquam autem resurrexero precedam vos in galileam

Respondens autem petrus ait illi
et si omnes scandalizati fuerint in te
ego nunquam scandalizabor

Ait illi jesus
amen dico tibi
quia in hac nocte antequam gallus cantet
ter me negabis

Ait illi petrus
etiam si oportuerit me mori tecum
non te negabo

Similiter et omnes discipuli dixerunt

Tunc venit jesus cum illis in villam que dicitur gethsemani
et ait discipulis
sedete hic donec vadam illuc et orem

Et assumpto petro et duobus filiis zebedei
cepit contristari et mestus esse

Tunc ait illis
tristis est anima mea usque ad mortem
sustinete hic et vigilate mecum

Et procedens modicum
procidit in faciem suam orans et dicens
pater mi si possibile est
transeat a me calix iste
verumtamen non sicut ego volo sed sicut tu

Et venit ad discipulos suos
et invenit eos dormientes
et dicit petro
sic non potuistis una hora vigilare mecum

Vigilate et orate
ut non intretis in temptationem
spiritus quidem promptus est
caro autem infirma

Iterum secundo abiit et oravit dicens
pater mi si non potest hic calix transire nisi bibam illum
fiat voluntas tua

Et venit iterum
et invenit eos dormientes
erant enim oculi eorum gravati

Et relictis illis
rursus abiit et oravit tertio eundem sermonem dicens

Tunc venit ad discipulos suos
et dicit illis
dormite jam et requiescite
ecce appropinquavit hora
et filius hominis tradetur in manus peccatorum

Surgite eamus
ecce appropinquavit qui me tradet

Adhuc eo loquente
ecce judas unus de duodecim venit
et cum eo turba multa cum gladiis et fustibus
missi a principibus sacerdotum et senioribus populi

Dederat autem signum eis qui tradebat eum
dicens
quem osculatus fuero ipse est
tenete eum

Et confestim accedens ad jesum dixit
ave rabbi
et osculatus est eum

Dixit autem illi jesus
amice ad quid venisti
tunc accesserunt
et manus injecerunt in jesum et tenuerunt eum

Et ecce unus ex his qui erant cum jesu
extendens manum exemit gladium suum
et percutiens servum principis sacerdotum
amputavit auriculam eius

Tunc ait illi jesus
converte gladium tuum in locum suum
omnes enim qui acceperint gladium
gladio peribunt

An putas quia non possum rogare patrem meum
et exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum

Quomodo ergo implebuntur scripture
quia sic oportet fieri

In illa hora dixit jesus turbis
tamquam ad latronem existis cum gladiis et fustibus comprehendere me
quotidie apud vos sedebam docens in templo
et non me tenuistis

Hoc autem totum factum est ut adimplerentur scripture prophetarum

Tunc discipuli omnes relinquentes eum fugerunt

Tenentes autem jesum duxerunt ad caiphan principem sacerdotum
ubi scribe et seniores populi convenerant

Petrus autem sequebatur eum a longe
usque in atrium principis sacerdotum
et introgressus intus sedebat cum ministris
ut videret finem

Principes autem sacerdotum et omne concilium
querebant falsum testimonium contra jesum
ut eum morti tradant

Et non invenerunt
cum multi falsi testes accessissent

Novissime autem venerunt duo falsi testes
et dixerunt
hic dixit
possum destruere templum dei
et post triduum reedificare illud

Et surgens princeps sacerdotum dixit ei
nichil respondes ad ea que isti adversum te testificantur

Jesus autem tacebat

Et ait illi princeps sacerdotum
adjuro te per deum vivum
ut dicas nobis si tu es christus filius dei

Dicit illi jesus
tu dixisti
verumtamen dico vobis
amodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis dei
et venientem in nubibus celi

Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua
dicens
blasphemavit
quid adhuc egemus testibus
ecce nunc audistis blasphemiam
quid vobis videtur

At illi respondentes dixerunt
reus est mortis

Tunc exspuerunt in faciem eius
et colaphis eum cecderunt
alii autem palmas in faciem ei dederunt
dicentes
prophetiza nobis christe
quis est qui te percussit

Petrus autem sedebat foris in atrio
et accessit ad eum una ancilla dicens
et tu cum jesu galileo eras

At ille negavit coram omnibus dicens
nescio quid dicis

Exeunti autem eo ianuam
vidit eum alia ancilla
et dicit his qui erant ibi
et hic erat cum jesu nazareno

Et iterum negavit cum juramento
quia non novit hominem

Et post pusillum accesserunt qui stabant
et dixerunt petro
vere et tu ex illis es
nam et loquela tua manifestum te facit

Tunc cepit detestari et jurare
quia non novit hominem

Et continuo gallus cantavit

Et recordatus est petrus verbi jesu quod dixerat
priusquam gallus cantet ter me negabis
et egressus foras flevit amare

Mane autem facto
consilium inierunt omnes principes sacerdotum et seniores populi
adversus jesum ut eum morti tradent

Et vinctum adduxerunt eum
et tradiderunt pontio pilato presidi

Tunc videns judas qui eum tradidit
quod damnatus esset
penitentia motus
retulit triginta denarios principibus sacerdotum et senioribus
dicens
peccavi tradens sanguinem justum

At illi dixerunt
quid ad nos
tu videris

Et projectis denariis in templo recessit
et abiens laqueo se suspendit

Principes autem sacerdotum acceptis denariis dixerunt
non licet eos mittere in corbanan
quia pretium sanguinis est

Consilio autem inito
emerunt ex illis agrum figuli
in sepulturam peregrinorum

Propter hoc vocatus est ager ille haceldama
hoc est ager sanguinis
usque in hodiernum diem

Tunc impletum est quod dictum est per jeremiam prophetam
dicentem
et acceperunt triginta argenteos
pretium appreciati quem appreciaverunt a filiis israel
et dederunt eos in agrum figuli
sicut constituit mihi dominus

Jesus autem stetit ante presidem
et interrogavit eum preses dicens
tu es rex judeorum

Dicit illi jesus
tu dicis

Et cum accusaretur a principibus sacerdotum et senioribus
nichil respondit

Tunc dicit illi pilatus
non audis quanta adversum te dicunt testimonia

Et non respondit ei ad ullum verbum
ita ut mirari presidem vehementer

Per diem autem festum consuerat presidem dimittere populo
unum vinctum quem voluissent

Habebat autem tunc vinctum insignem
qui dicebatur barabbas

Congregatis ergo illis
dixit pilatus
quem vultis dimittam vobis
barabbam an jesum qui dicitur christus

Sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum

Sedente autem pro tribunali
misit ad eum uxor sua dicens
nichil tibi et justo illi
multa enim passa sum hodie per visum propter eum

Principes autem sacerdotum et seniores persuaserunt populis
ut peterent barabbam
jesum autem perderent

Respondens autem preses dixit illis
quem vultis horum dimittam vobis

At illi dixerunt
barabbam

Dicit illis pilatus
quid ergo faciam de jesu qui dicitur christus

Dicunt omnes
crucifigatur

Ait illis preses
quid enim mali fecit

At illi magis clamabant dicentes
crucifigatur

Videns autem pilatus quia nichil proficeret
sed magis tumultus fieret
accepta aqua lavit manus coram populo
dicens
innocens ego sum a sanguine justi hujus
vos videritis

Et respondens universus populus dixit
sanguis ejus super nos et super filios nostros

Tunc dimisit illis barabbam
jesum autem flagellatum tradidit ut crucifigeretur

Tunc milites presidis suscipientes jesum in pretorio
congregaverunt ad eum universam cohortem

Et exuentes eum
chlamydem coccineam circumdederunt ei

Et plectentes coronam de spinis
posuerunt super caput eius
et arundinem in dextera eius

Et genu flectentes ante eum
illudebant ei dicentes
ave rex judeorum

Et exspuentes in eum
acceperunt arundinem
et percutiebant caput eius

Et postquam illusissent ei
exuerunt eum chlamyde
et induerunt eum vestimentis suis
et duxerunt eum ut crucifigerent

Exeuntes autem invenerunt hominem cyrenensem
nomine simonem
hunc angariaverunt ut tolleret crucem eius

Et venerunt in locum qui dicitur golgotha
quod est calvarie locus

Et dabant ei vinum bibere cum felle mixtum
et cum gustasset noluit bibere

Postquam autem crucifixerunt eum
diviserunt vestimenta eius
sortem mittentes

Et sedebant servantes eum

Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam
hic est jesus rex judeorum

Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones
unus a dextris et unus a sinistris

Pretereuntes autem blasphemabant eum
moventes capita sua
et dicentes
vah qui destruis templum dei
et in triduo illud reedificas
salva temetipsum
si filius dei es
descende de cruce

Similiter et principes sacerdotum illudentes cum scribis et senioribus
dicebant
alios salvos fecit
se ipsum non potest salvum facere
si rex israel est
descendat nunc de cruce
et credimus ei
confidit in deo
liberet nunc si vult eum
dixit enim
quia dei filius sum

Idipsum autem et latrones improperabant ei
qui crucifixi erant cum eo

Sexta autem hora tenebre facte sunt super universam terram
usque ad horam nonam

Et circa horam nonam
exclamavit jesus voce magna dicens
eli eli lema sabacthani
hoc est
deus meus deus meus
ut quid dereliquisti me

Quidam autem illic stantes et audientes
dicebant
eliam vocat iste

Et continuo currens unus ex eis
et accipiens spongiam
implevit eam aceto
et imposuit arundini
et dabat ei bibere

Ceteri autem dicebant
sine
videamus an veniat helias liberans eum

Jesus autem iterum clamans voce magna
emisit spiritum

Et ecce velum templi scissum est in duas partes
a summo usque deorsum

Et terra mota est
et petre scisse sunt

Et monumenta aperta sunt
et multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt

Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius
venerunt in sanctam civitatem
et apparuerunt multis

Centurio autem et qui cum eo erant custodientes jesum
viso terremotu et his que fiebant
timuerunt valde
dicentes
vere filius dei erat iste

Erant autem ibi mulieres multe a longe aspicientes
que secute fuerant jesum a galilea
ministrantes ei

Inter quas erat maria magdalene
et maria jacobi et joseph mater
et mater filiorum zebedei

Cum sero autem factum esset
venit quidam homo dives ab arimathia
nomine joseph
qui et ipse discipulus erat jesu

Hic accessit ad pilatum
et petiit corpus jesu

Tunc pilatus jussit reddi corpus

Et joseph accepto corpore involvit illud in sindone munda
et posuit illud in monumento suo novo
quod excidit in petra

Et advolvit saxum magnum ad ostium monumenti
et abiit

Erat autem ibi maria magdalene et altera maria
sedentes contra sepulchrum

Altera autem die
que est post parasceven
convenerunt principes sacerdotum et pharisei ad pilatum
dicentes
domine recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc vivens
post tres dies resurgam
jube ergo custodiri sepulchrum usque in diem tertium
ne forte veniant discipuli ejus et furentur eum
et dicant plebi
surrexit a mortuis
et erit novissima error peior priore

Ait illis pilatus
habetis custodiam
ite custodite sicut scitis

Illi autem abeuntes
munierunt sepulchrum
signantes lapidem cum custodibus

Vespere autem sabbati
que lucescit in prima sabbati
venit maria magdalene et altera maria videre sepulchrum

Et ecce terremotus factus est magnus
angelus enim domini descendit de celo
et accedens revolvit lapidem
et sedebat super eum

Erat autem aspectus eius sicut fulgur
et vestimentum eius candidum quasi nix

Prae timore autem eius exterriti sunt custodes
et facti sunt tamquam mortui

Respondens autem angelus dixit mulieribus
nolite timere vos
scio enim quod jesum qui crucifixus est quaeritis

Non est hic
surrexit enim sicut dixit
venite et videte locum ubi positus erat dominus

Et cito euntes dicite discipulis eius
quia surrexit
et ecce precedet vos in galileam
ibi eum videbitis
ecce predixi vobis

Et egresse celerius de monumento
cum timore magno et gaudio
cucurrerunt nuntiare discipulis eius

Et ecce jesus occurrit illis dicens
avete

Et accesserunt
et tenuerunt pedes eius
et adoraverunt eum

Tunc ait illis jesus
nolite timere
ite nuntiate fratribus meis ut eant in galileam
ibi me videbunt

Dum autem illae irent
ecce quidam de custodia venerunt in civitatem
et nuntiaverunt principibus sacerdotum
omnia que facta fuerant

Et congregati cum senioribus consilio accepto
pecuniam dederunt militibus dicentes
dicite vos
discipuli ejus nocte venerunt et furati sunt eum
nobis dormientibus

Et si hoc auditum fuerit apud presidem
nos suadebimus ei et vos securos faciemus

Illi autem accepta pecunia fecerunt sicut edocti sunt
et divulgatum est verbum istud apud judeos
usque in hodiernum diem

Undecim autem discipuli abierunt in galileam
in montem ubi constituerat illis jesus

Et videntes eum adoraverunt
quidam autem dubitaverunt

Et accedens jesus locutus est eis
dicens
data est mihi omnis potestas in celo et in terra

Euntes ergo docete omnes gentes
baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti
docentes eos servare omnia quecumque mand

Mt 21 a. Mr 11 a.
Joh 12 a.

Mt 21 b.

et sicut iumentum omnium sordibus peccati rapacitas. Ita sub eximiis corporis nobis est equitate dilectus nunc completa negeratur.

Qui in solvendo pullo et ducente audito nomine domini cessavit. et magistri errorum cum doctoribus ad salutem gentium venientibus obsistunt suas tenebras defendunt donec miraculis astantibus veri possessores virtutis emineat. et possidente fidei potestas appareat cedentibus ad veri sanctorum quem velis celis a domino corde portet adducitur.

Vestimenta apostolorum doctrina intrinsecum vel discretio scripturarum et gratia spiritualis quibus illi corda hominum prius nuda ac frigida contegunt ut mereantur habere sessorem Christum.

Substernebant in via et hos evangelistas non discipulis et turba sternebat que martirum exempla secuti carnem per abstinentiam edomat ut domino iter admittant per et sequentibus bona prebeant exempla.

Descendente domino de monte oliveti, id est humiliante se ad infirmitatem nostram carnis illo qui erat in forma dei, et eo descendunt turbe, id est humiliantur sub eius manu quia omnia indigent ut ab eo exaltentur.

Mihi est de resurrectione lazari qui nuper factus erat maxime propterea venit obviam ei turba. quia hoc signum ab eo factum audierant laudant et de signis et doctrina que fecerat ascendit ad diem tertio per gentes quod Iohannes narrat.

dominus eum necessarium habet. Et duxerunt illum ad Iesum. Et iactantes vestimenta sua super pullum imposuerunt Iesum. Eunte autem illo substernebant vestimenta sua in via. Et cum appropinquaret iam ad descensum montis oliveti ceperunt omnes turbe descendentium ~~discipulorum~~ gaudentes laudare deum voce magna super omnibus quas viderant virtutibus dicentes. Benedictus qui venit in nomine rex domini, pax in celo et gloria in excelsis. Et quidam phariseorum de turbis dixerunt ad illum. Magister increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait. Dico vobis quia

(interlinear: Turbas laudantes non apostolos turba ad laudandum invenientes. — laudavit singulariter ... — faciente et ego veni in nomine patris mei.)

Dominum pro gentium portat Christum discipuli vestimenta sternunt in via. et corporis sui exeuntes amictum supplicibus sanguine suo viam parant. ut in offenso gressu ad ierosolimam et duce iter tendant, id est ad veram pacis visionem.

Frequenter ingressus est civitatem ierusalem. Sed non est huius laudibus non rex vocatur. et super semper fugat non venit. cum ascendit passurus et ideo factum ut ampliter illorum adventus eorum exprimeret in iudiciam et iam tempus passionis instabat.

Turba post modicum crucifixura regem appellat et expectatum per carnem filium dei venisse declarat. ut ad vos suum testimonium extorqueatur ab inimicis.

Sicut nascente domino ab hominum et angelorum agmina celestia decantabant: gloria in excelsis. d. 2. a.

c. p. h. b. u. sic eidem mor
ti hec prophetauerunt tempus conuenit.
pax in celo, gloria in excelsis.

Quia clementia inuiden
tium de ueritate docentem no
uerant et magistrum audi
unt appellari discipulos eius
di metuunt eidem redarguen
dos esse clamant quidem ille in uinti
erat qui apparet esse per mi
racula.

Crucifixo domino apostoli primo
te tacentibus, petre et saxa scissa sunt,
apertis monumentis omni et mun
di domini aperte clamabant
misterie. sic et certas magister in
isti ut a laude emuteat po
pulos gentium mollito la
pideo corde creatorem suum cre
dere et annuntiabit.

Cum terrena modo sic construc
ta ex portam u domus erat ceu
cissus apparet iam cito
to fuisse destructa. cui
uni e tuto magistro subdatur.
eo quod non c. t. u. t. l. ad domini
filium dei in carne.

Post euminda mala in
gens in templum eicit uen
dentes et ementes. per hoc innu
ens quod ruina populi maxime
est sacerdotum culpa fuit. Sacerdotes uen
dentes et ementes per cuncta o
stendit unde radix perdi
tionis processit.

si hii tacuerint la
pides clamabunt.
Et ut appropin
quavit videns
civitatem flevit sup
illam dicens. quia
ruinam que imminet. et tu flere
si cognovisses et tu
uisses quam in exultas.
et quidem in hac die
tua que ad pacem
et temporalis pacis et quiete
tibi. nunc autem abscon
et super uniuersa miserie.
dita sunt ab oculis
et eterna pena que imminet ignorat.
tuis. quia veniet dies in te et circumdabunt
et romani principes.
te inimici tui vallo. et circumdabunt te.
et coangustabunt
te undique et ad terram
te
prosternent et filios tui
qui in te sunt. et
non relinquent in
te lapidem super
lapidem eo quod non
cognouisti tempus
uisitationis tue. hec quod scribens appetit.

Dum caritatis das uobis superiacentibus
mala futura non perspiciens hec
bona presentia que ad pacem tibi pos
sunt esse temporalem. et hec sublata. l.
quia non prouidet mala que euentura
sunt. si enim preuideret in presen
tibus prosperis tela non fuisset.

Quod dominus Iherusalem semel
fleuit hoc cotidie per electos suos
facere agit. plangit reprobos qui
nesciunt cur plangantur. hec exultant
in rebus pessimis. Qui si dampnatio
nem suam preuiderent se ipsos cum
electorum lacrimis plangerent. cum
in presentem sua die sua hic habet,
unde et pace habet ex habundantia
temporalium. et supplicia nunc abscon
duntur ab oculis eorum que refugiunt
futura prouidere pro temporali leti
tia perturbari. hec uenient dies quando extendit ab
extremo animas exeuntes a corporibus demo
nes inimici uallo circumdentes eas
ad societatem dampnationis sue. et
undique circumdabunt te. et coangusta
bunt quando non solum operis sed loc
tionis et cogitationis iniquitates
ante oculos eorum replicabuntur. et ad terram
prosternunt cum caro in puluerem redigi
tur. filii in caduntur cum iniquitate
die prosternuntur omnes cogitationes
eorum. Quia cogitationes et per lapides signi
ficantur cum sub dicto. non. r. l. s. l. peruer
sariorum. et prauiis cogitationi peruer
siorem adicit cum lapidem super struit
lapidem. sed cum anima adiunctione rapit
talis cogitationum constructio dis
sipatur. et hoc ideo quia non cognouit
tempus uisitationis sue. peruer
sam enim animam deus uisitat a
liquando per preceptum, aliquando flagello, aliquando
uero de malis suis eruditur. extre

2.

D

d̃o io pt pcti
lucas solus.

¶ Mt. 21 b. Mr. 11 c. Io. 2 b.

mo inimicis traditur cum quibus in extremo iudicio dampnationis societate colligatur.

Sicut in civitate est templum, sic in fideli plebe vita religiosorum. Sed multi per religionis habitum sacrorum ordinum loca percipiunt religionis officia in mutationum tenere negotiationis exercent. In templo vendunt cum hoc quibus data vita competit ad premium largiuntur. Iusticiam vendunt cum hanc pro premii acceptione servant in templo. Emunt quid dum hoc quod pro suo iure debent negant dato pretio; nisi premio emitur pretium. Quibus dicitur: Fecistis domum meam, etc. Quia dum impii locum tenent religionis, ubi per maliciam occidunt, non personne innusticeare debuerunt...

visitationis tue. Et ingressus in templum cepit eicere vendentes et ementes dicens illis. Scriptum est quia domus mea domus orationis vocabitur. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens cotidie in templo. Principes autem sacerdotum et scribe et principes plebis querebant illum perdere. Et non inveniebant quid facerent illi. Omnis enim populus suspensus erat audiens illum.

Domus Dei est conscientia fideli. Que fit spelunca latronum qui relicta simplicitate sanitatis illud meditantur agere unde Christum innocentes possint ledere. Sed est Dominus minister fidelium ad cavenda mala erudit.

¶ C Mr. 11 c.

¶ XX

A

Fiat ... Mt. 21 d. Marci 11 e.

Et factum est in una dierum docente illo populum in templo et evangelizante convenerunt principes sacerdotum et scribe cum senioribus et aiunt dicentes ad illum. Dic nobis in qua potestate hec facis aut quis est qui dedit tibi hanc potestatem? Respondens autem Iesus dixit ad illos. Interrogo vos et ego unum verbum. Respondete michi. Baptismus Iohannis unde erat: de celo erat an ex hominibus? At illi cogitabant intra se dicentes: Quia si dixerimus de celo dicet: Quare non credidistis?

Poterat aperta responsione temptatorum calumpniam confutare. Sed prudenter interrogat ut suo silentio vel sua sua condempnetur.

Propter duas causas veritas cognitoribus est abscondenda: vel quia minus sunt capaces ad audiendum, vel odio...

Quem confitemini de celo habuisse prophetiam michi

3

.3.
testimonium perhibuit. et ab illo audistis in qua potestate hec ego facio. quod illi intelligentes dubitant quia illi detrahebant deriserant.

quod testimonium perhibuerunt. Dicit ei: Si autem dixerimus ex hominibus, timemus turbam. Si autem dixerimus ex hominibus, timemus populum.

Si ab hominibus, tota plebs lapidabit nos. Certi enim sunt Iohannem prophetam esse. Et responderunt: Nescimus unde esset.

timentes lapidationem, et magis timentes veritatis confessionem. Et ideo dico vobis quod scio quod nuilitas confiteri.

Et ipse ait illis: Nec ego dico vobis in qua potestate hec facio. [Aliam parabolam] Tempore eius, dicens ad plebem parabolam hanc: Homo quidam plantavit vineam et locavit eam colonis, et ipse peregre fuit multis temporibus. Et in tempore vindemie misit ad cultores servum, ut de fructu vinee darent illi. Qui cesum dimiserunt eum inanem. Et addidit alterum servum mittere. Illi autem hunc quoque cedentes et afficientes contumelia dimiserunt inanem. Et addidit tertium mittere. Qui et illum

Principibus sacerdotum et scribis de sua interrogatione confutatis, dominus eis expertis exequitur, et illis audientibus plebem, cuius sua vita liberter audiat, alloquitur in ferens parabolam, qua et illos impietatis arguat, et regnum dei ad gentes transferendum ostendat.

Tertius servus chorus prophetarum, qui prophetas corripiebant et mala que vinee inimicabantur predicabant, et illos persecuti sunt et occiderunt. Et vinee dilatam Ieremias deploret dicens: Ego te

Vinea domini Sabaoth domus Israel est. Colonos operarum qui ad colendum vineam hora prima, tertia, vi., ix., xi. conducti. Peregre fuit quia nec vicinus presens est: cultoribus libera operandi arbitrium reliquit.

Primus servus qui mittitur Moyses legislator qui per xl. annos fructum legis quam dederat a cultoribus inquirebat. Sed cesum dimittunt inanem quia exacerbaverunt Moysen in castris Aaron. s. d. et vexatus est Moyses propter eos. Quia enim ex c. c. eius de quibus ipse ait: Uva eorum uva fellis et botrus amarissima. Vinum eorum fel draconum.

Quia nunc est presens diligentibus et negligentibus, absque est et longo tempore abfuit ne properata videretur exactio. Nam quo indulgentior, inexcusabilior perseverantia.

Alter servus David psalmista qui post Moysen colonos vinee modulatione psalmodie et cithare dulcedine ad exercitium boni operis invitavit. Sed et hunc contumelia affectum dimittunt inanem dicentes: Que pars nobis in David aut hereditas in filio Ysay. Quem precatur, ut hac vinea ne penitus extirpetur exorat: Domine deus virtutum converte. r. de. ce. et vi. u. vineam istam.

Aperte prebet iudeos non per ignorantiam filium dei crucifixisse sed per invidiam. Intellexerunt enim hunc esse cui dictum est: Postula a me et da. t. g. he. t. Non quia sulentes sibi dicunt: Ecce heres

b

[M]t 22 A. M[arc]i 12 A.

vulnerantes eiecerunt. Dixit autem dominus vineae: Quid faciam? Mittam filium meum dilectum. Forsitan cum hunc viderint verebuntur. Quem cum vidissent coloni cogitaverunt inter se dicentes: Hic est heres, occidamus eum ut nostra fiat hereditas. Et eiectum illum extra vineam occiderunt. Quid faciet illis dominus vineae? Veniet et perdet colonos istos, et dabit vineam aliis. Quo audito dixerunt illi: Absit. Ille autem aspiciens eos ait: Quid est ergo quod scriptum est: Lapidem quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli. Omnis qui ceciderit super illum lapidem conquassabitur; super quem autem ceciderit comminuet il-

Marginal gloss (left):

totus post eum abiit. si di. e. s. o. t. meum. Hereditatem quam ecclesiam quam non moriens pater reliquit set ipse morte sua ereptam resurgendo possedit. Hanc per regem violavit in dei. Quod eidem quia per eum est extingere conantur: iustitiae dei non subiecti, et suam constituere volentes.

Ipsi eius qui mortem Christi et resurgit. [illegible] testamentorum quod ipse condidit celi heredit-aria in nostris per fectibus et vo-luntaria consequitur.

Marcus ordine mutat occiderunt et eiecerunt extra vineam. In quo praevaricatio eorum notatur quia post resurrectionem praedicantibus apostolis credere noluerunt. Et qui cadaver vile per hiacentes gentibus suscipiendum dederunt.

Moraliter vinea locatur cum missum lavacri fidelibus ad excolendum opus committitur. Mittuntur tres servi ut de fructu percipiant cum lex psalmodia prophetia ad bene agendum hortantur. Et contumeliis affecti vel cesi eiciuntur cum sermo auditus vel contempnitur vel blasphematur. Missum insuper heredem occidit qui filium dei conculcat et spiritum quo sanctificatus est contumeliam facit. Vinea aliis datur cum gratia quam superbi abiciunt humilibus datur. Servile manus nullum mittere querunt et timore retinentur cum falsus frater unitatem ecclesiae propter bonorum multitudinem vel erubescit vel timet impugnare.

Marginal gloss (right):

plantavi vineam electam quomodo conversa es in speciem vineae alienae.

Quod ambigit non est de ignorantia set ut reservetur homini locus.

Quia dominus extra portam passus est vel quia accedit quod non prius esse eiectus et demum cruci addictus.

Contradicunt sive quia contra perfidiam suam dictam cognoscunt, quod eum inminere generant in parabola contineri intelligunt. Negant [illegible] iudicis propheticum iustum fore divinae vindictam legis quia ipsi spernebant ad gentes transferri. Quod salvator respondeat attendit quod sequitur.

Interlinear glosses:

Quomodo implebitur prophetia nisi quia acuos recipiat.

Quod Christus predicatus est gentibus et [illegible] ut in eo angulari lapide duos ac parietes conciliaret.

id est lapis

Qui credit in illum peccat cadit super lapidem et non conteritur, sed confringitur ut per paenitentiam ad salutem reser-

Et querebant principes sacerdotum et scribe mittere in illum manus in illa hora. et timuerunt populum. cognoverunt enim quod ad ipsos dixerit similitudinem hanc. Et observantes miserunt insidiatores qui se iustos simularent ut caperent eum in sermone et traderent illum principatui et potestati presidis. Et interrogaverunt illum dicentes. Magister scimus quia recte dicis et doces et non accipis personam, sed in veritate viam dei doces. Licet nobis dare tributum cesari an non? Considerans autem dolum illorum dixit ad eos. Quid me temptatis? Ostendite michi denarium. Cuius habet imaginem et inscriptionem? Respondentes dixerunt ei. cesaris. Et ait illis. Reddite ergo que sunt cesaris cesari. et que sunt dei deo.

Qui supra coloni hic dicuntur edificantes quia qui plebem ad ferendos fructus excolere hanc ipsi domino in habitatione digna quasi domum construere videbantur.

i. ypocrite aliquid ab eo velut eo ignorante extorquere

verbo unde argui possit.

i. herodis qui in diebus illis erat

ierosolimis.

hominis

i. reddere non sed illa eorum blandiciis. sed si sola

a salute.

i. per censu solvitur et habet imaginem

cesaris.

i. non de ignorantia interrogat sed ut ex proprio ore ad eorum verba respondeat.

i. tiberii vel augusti sub quo passus est.

tributum pecuniarum.

i. decimas et primitias.

Velut cesar exigit impressionem sue imaginis. sic et deus animam suo lumine vultus sui signatam.

...natur. et cui lapis irruerit. i. qui negat ferietur et conteritur. ut nec testa remaneat. vel cadit super eum qui modo contempnit. et in iuriis affectat nondum ferietur vivit sed quasi stans ut non ambulet rectus cadet super eum lapis quem veniens in iudicio opprimet.

Quasi inventum dicit interficere in quo plantaverit vinea que dixerat. ipse est heres. sed illi pravi coloni qui solo humano terrore retardantur. donec veniret hora eius.

Quod pro timore populi per se non possunt manibus eorum efficere per presidis volunt. ut velut immunes in morte ipsius videantur.

Quasi laudatur in iusticia cordis sui simplicitate aperiet eis. eos scilicet velle habere discipulos.

Non times placare personam sed indiscretam dicis veritatem maioribus et minoribus.

Illud precavent ut deum magis timeant quam cesarem. et dicat non debere solvi tributa ut inde auctor sedicionis fiat.

Cum nuper sub augusto iudea romanis stipendiaria facta esset. pharisei qui de iusticia sibi applaudebant qui decimas et primitia deo dabant tributa homini esse solvenda negabant. per quod sedicionem postea regnum =

= et tota patria sua ... dei ... tuet ... a

[apud 22 d. apr 12 b.

Cap. 22 e. Cap. 12 c.

Alia ymago dei alia mundi. sig° x ñ hñt ymaginē cesaris dūt censum deo. s; reddūt mundo q mundi erat. Et cui suus ēē ñ obnoxi cesari nulli hec q fe mūdi. si hēs diuitias ob nexi es cesari. suus treno regi nich delere. oīa tua relinque. et bene p° q cesaris sunt reddenda deserunt. q nō p̄t quis ēē dñi ñ p° mundo re nunciauit.

Pharisei credebant corporis et ani me resurrectionē. saducei et animā inter cū corpore.

Due erant hereses in iudeis phariseorum qui p ferebant iusticiam tradicionū et obseruationum unde et diuisi uocabant. a p plo et saduceorum qui sibi uendicabant sibi q ñ erant. i. iusti.

Qui resurrectionē corporum nō credunt et aīas putant intire c corporibus. turpitudinē fable fingunt. que deliramenta arguunt eos qui resurrectionē asserunt. potuit autē fi ut in gente eorum h aliquā accideret. misticae hū septē reprobi sunt cuiuto ta hac uita que. vii. diebus est. Stabis a bono sunt quibus misere mortuus ad uitam mundana conuersatio que sine fructu est transibit.

Cum omnes boni et mali sint resurrecturi et absque nuptiis mansuri. dominus dixit ut ad gloriam resurrectionis excitet de solis electis dis serit. sicut in resurrectione neque nubent neque ducunt. resurgentibus corpora q possunt nubere et ducere q dixit deberi cum hunt genitalia.

et non potuerunt uerbum eius reprehendere coram plebe. (q° ēē debuerunt mirantes q ñ hñt tempore) Et mirati in responso ei (randi locum.) (ut r p sequitur uincunt) tacuerunt. Accesserunt autem quidam saduceorum (q dicunt pre tantur iusti.) qui negant esse resurrectionem et interrogauerunt eum dicentes. Magister, moyses scripsit nobis, si frater alicuius mortuus fuerit habens uxorem, (ut liberis mortuus) et hic sine filiis fuerit. ut accipiat eam frater eius uxorem et suscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erant. et primus accepit uxorem. et mortuus est sine filiis. et sequens accepit illam. Et ipse mortuus est sine filio. et tercius accepit illam. Similiter et omnes septem et non reliquerunt semen. et mortui sunt. Nouissime omnium mortua est et mulier. In resurrectione ergo cuius eorum erit uxor? siquidem septem habuerunt eam uxorem. Et ait illis ihesus. Fi

In lege littere cogebatur nubere mulier. s; in lege grē commendatur castitas.

Cum ipsi filios et nubia filii pp successionē. successio pp mortē. ubi ñ ē mors nec s nubia.

Posuerunt questionē de resurrectionibus cum domino ubi s fauentes de ipsa resurrectione ēē eorum infidelitate agit.

Moyses quem nos recepimus aliquid potuit apciora, prophetarum testimonia dicere si saduceis prophetas non reciperent.

nubunt filii huius seculi, et quia mori possunt.
traduntur ad nuptias. Illi vero qui

digni habebuntur seculo illo, et resurrec

tione ex mortuis, neque nubent, neque ducent

uxores. neque enim ultra mori poterunt. equa
ecce spiritualis conversatio. Tum in laude corruptionis in visione
les enim angelis sunt. et filii dei sunt cum
dei fruuntur.
sunt filii resurrectionis. Quia vero

resurgent mortui, et moyses ostendit

secus rubum sicut dicit dominum deum ab

raham. et deum ysaac, et deum iacob. Deus autem
quorum deus et dominus est.
non est mortuorum. sed vivorum. omnes enim vi
vera vita.
vunt ei. Respondentes autem quidam scribarum

dixerunt. Magister bene dixisti. ~~et non~~
non
amplius audebant eum quicquam interrogare.

Dixit autem ad ~~eos~~ illos quomodo dicunt

christum filium david esse. et ipse dicit in libro
patri. filio.
psalmorum. Dixit dominus domino meo se
non ad locum.
de a dextris meis. donec ponam inimi
nolentes. subiciam tibi volentes vel nolentes.
cos tuos scabellum pedum tuorum. Da

vid ergo dominum illum vocat. et quomodo

Gloss:

o
mentis. sed nulla voluntate vel necessitate nubendi mancipantur. et nota quod insidiatoribus et concertatoribus secreta misteria loquitur. non sanctum dat canibus. sed aderant multi qui docerei quos propter illorum immundiciam non oportebat negligi.

Verum a domino quia animam mortui erant cum hoc diceret. probat quod post haec animas post mortem permanere. non enim dicetur deus non existentium. et sic introducitur corporum resurrectio quae cum animabus bene vel male gesserint.

Et non amplius. confutati in sermonibus non amplius interrogant. sed aperte comprehensum romane potestati tradunt. ex quo intelligimus venena invidie quidem posse superari. sed difficile conquiescere.

Consummatus precepta domini sui in fine testamenti sui fidem concludit ut dominum ihesum unum deum et unum hominem ad dexteram patris sedere credatis.

Ideo reprehendunt quod David filium dicunt. sed quia dei filium non credunt.

Filius dicere est equalem sibi unum generare domino non facere de nichilo. sed facere de patre semper fuit.

Quod apostolus inimici subiciuntur non infirmitate filii sed nature unitate quia in altero alter operatur. sicut et filius subicit inimicos patri. quia pater eum clarificat super terram.

Duplici ratione in verbum attende
= avaritie glorie cupidis. ne vel eorum simulatione decipiaris. vel eorum exemplo ad amorem terre

Mt 22 G. Mr 12 e

¶ marci 12 f. m^t 23 a. lu 11 f.

¶ XXI

a

¶ marci 12 g.

palū inclamemur.

Non salutari in foro. nec p̄mas sedes in cenis. et de aquis deleuit ordine officiū. et eis quū debit se amare q̄m ꝛc. cor tū grad redarguit. et tacere culpa tacito risit labijs. iter cē uelit qui delude rat sedē in cathedra moysi.

¶ Marci qui de no. d. u. tuboy cenit. p̄bere ordinē q̄ uite recti gio corel apparerent. p̄ph̄ orant. ut ab infirmis quibz libz. et pcatoz suoz. oblā curā uel cū ꝓpo ni laudel. et p̄mial acciperent. quoz cō fit impiū. ut non oblim. p alios inter cē nō possit. et nec sibi ad salutē. p facere im mo p̄ph̄l ordinibz magis damp

¶ habuit.

Et ecce manus tradentis me mecum est in mensa. Et quidem filius hominis secundum quod diffinitum est uadit uerumtamen uae homini illi per quem tradetur. Et ipsi cepere quaerere inter se quis esset ex eis qui hoc facturus esset. Facta est autem et contentio inter eos quis eorum uideretur esse maior. Et dixit eis. Reges gentium dominantur eorum et qui potestatem habent super eos benefici uocantur. Uos autem non sic sed qui maior est in uobis fiat sicut minor et qui praecessor est sicut ministrator. Nam quis maior est qui recumbit an qui ministrat. Nonne qui recumbit. Ego autem in medio uestrum sum sicut qui ministrat. Uos autem estis qui permansistis mecum in temptationibus meis. Et ego dispono uobis sicut disposuit mihi pater meus regnum. Ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo et sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus israhel. Dixit autem dominus simoni. Simon simon ecce satanas expetiuit uos ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogaui pro te simon ut non deficiat fides tua et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Qui dixit ei. Domine tecum paratus sum et in carcerem et in mortem ire. Et ille ait. Dico tibi petre non cantabit hodie gallus donec ter abneges nosse me. Et dixit ad illos. Quando misi uos sine sacculo et pera et calciamentis numquid aliquid defuit uobis. At illi dixerunt. Nihil. Dixit ergo eis. Sed nunc qui habet sacculum tollat similiter et peram et qui non habet uendat tunicam suam et emat gladium. Dico autem uobis quoniam adhuc hoc quod scriptum est oportet impleri in me. Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea quae sunt de me finem habent. Qui dixerunt. Domine ecce gladii duo hic at ille dixit eis. Satis est. Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem oliueti. Secuti sunt autem illum et discipuli eius. Cum autem uenisset ad locum dixit illis. Orate ne intretis in temptationem. Et ipse auulsus est ab eis quantum jactus est lapidis et positis genibus orabat dicens. Pater si uis transfer calicem istum a me. Uerumtamen non mea uoluntas sed tua fiat. Apparuit autem illi angelus de caelo confortans eum. Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in terram. Et cum surrexisset ab oratione ueniens ad discipulos suos. Et dixit eis. Quid dormitis surgite et orate ne intretis in temptationem.

Adhuc eo loquente ecce turba et qui uocabatur iudas unus de duodecim antecedebat eos et appropinquauit iesu ut oscularetur eum. Iesus autem dixit illi. Iuda osculo filium hominis tradis. Uidentes autem hi qui circa ipsum erant quod futurum erat dixerunt. Domine si percutimus in gladio. Et percussit unus ex illis seruum principis sacerdotum et abstulit auriculam eius dexteram. Respondens autem iesus ait. Sinite usque huc. Et cum tetigisset auriculam eius sanauit eum. Dixit autem iesus ad principes sacerdotum et magistros templi et seniores qui uenerant ad se. Quasi ad latronem existis cum gladiis et fustibus. Cum quotidie uobiscum fuerim in templo et non extendistis manus in me. Sed haec est hora uestra et potestas tenebrarum. Apprehendentes autem eum duxerunt et introduxerunt in domum principis sacerdotum. Petrus autem sequebatur a longe. Et cum accendissent ignem in medio aulae et circumsedissent simul sedebat petrus in medio eorum. Quam cum uidisset quaedam ancilla sedentem ad lumen et eum fuisset intuita dixit. Et hic cum illo erat. Ille autem negauit eum dicens. Mulier non noui illum. Et post paululum alius uidit eum et ait. Et tu ex illis es. Petrus autem ait. Homo non sum. Et intermissa quasi hora una alius quidam affirmabat dicens. Et hic cum illo erat nam et galilaeus est. Et ait petrus. Homo nescio quod dicis. Et statim adhuc eo loquente cantauit gallus. Et conuersus dominus respexit petrum. Et recordatus est petrus uerbi domini sicut dixerat. Quia priusquam gallus cantet ter me negabis. Et egressus foras petrus flauit amare. Et uiri qui tenebant illum illudebant ei uerberantes. Et circumdantes faciem interrogabant eum dicentes. Prophetiza quis est qui te percussit. Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et ut factus est dies conuenit senatus populi principum sacerdotum et scribarum et duxerunt illum in concilium suum dicentes. Si tu es christus dic nobis. Et ait illis. Si uobis dixero non credetis mihi. Si autem et interrogauero non respondebitis mihi neque dimittetis. Modo autem erit filius hominis sedens a dextris uirtutis dei. Dixerunt autem omnes. Tu ergo es filius dei. Qui ait. Uos dicitis quia ego sum. Et ait. Quid adhuc desideramus testimonium. Ipsi enim audiuimus de ore eius. Et surgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad pilatum. Coeperunt autem illum accusare dicentes. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram et prohibentem tributa dare caesari et dicentem se christum regem esse. Pilatus autem interrogauit eum dicens. Tu es rex iudeorum. At ille respondens ait illi. Tu dicis. Pilatus autem ait ad principes sacerdotum et turbas. Nihil inuenio causae in homine hoc. Illi autem inualescebant dicentes. Commouet populum docens per uniuersam iudaeam incipiens a galilaea usque huc. Pilatus autem audiens galilaeam interrogauit si homo galilaeus esset. Et ut cognouit quod de herodis potestate esset remisit eum herodi qui et ipse illis diebus hierosolymis erat. Herodes autem uidens iesum gauisus est nimis erat enim cupiens ex multo tempore uidere eum eo quod audisset multa de eo et sperabat signum aliquod uideri a se fieri per eum. Interrogabat autem eum multis sermonibus at ille nihil illi respondebat. Stabant autem principes sacerdotum et scribae constanter accusantes eum. Sprexit autem illum herodes cum exercitu suo et inridens circumduxit indutum ueste alba et remisit ad pilatum. Facti sunt autem amici herodes et pilatus in ipsa die nam antea inimici erant ad inuicem. Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum et magistratibus et plebe dixit ad illos. Obtulistis mihi hunc hominem quasi auertentem populum et ecce ego coram uobis nullam causam inueni in homine hoc ex his in quibus eum accusatis sed neque herodes nam remisi uos ad illum et ecce nihil dignum morte actum est ei. Corripiam ergo eum et dimittam. Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum unum. Exclamauit autem simul uniuersa turba dicens. Tolle hunc et dimitte nobis barabbam. Qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate et homicidium missus in carcerem. Iterum autem pilatus locutus est ad eos uolens dimittere iesum. At illi supercommunabant dicentes. Crucifige crucifige eum. Tertio autem dixit ad illos. Quid enim mali fecit iste nullam causam mortis inuenio in eo corripiam ergo illum et dimittam. Illi autem instabant uocibus magnis postulantes ut crucifigeretur et inualescebant clamores eorum. Et pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eum qui propter seditionem missus fuerat in carcerem quem petebant tradidit autem iesum uoluntati eorum. Et cum duceretur apprehenderunt simonem quendam cyrenensem uenientem de uilla et imposuerunt illi crucem portare post iesum. Sequebatur autem illum multa turba populi et mulierum quae lamentabantur et planctum dabant super eo. Conuersus autem ad illas iesus dixit. Filiae hierusalem nolite flere super me sed super uos ipsas flete et super filios uestros. Quia ecce uenient dies in quibus dicent beatae sterriles et uentres qui non genuerunt et ubera quae non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus cadite super nos et collibus operite nos. Quia si in uiridi ligno haec faciunt in arido quid fiet. Ducebantur autem et alii duo nequam cum eo ut interficerentur. Et postquam uenerunt illum in locum qui uocatur caluariae ibi crucifixerunt eum et latrones unum a dextris et alterum a sinistris. Iesus autem dicebat. Pater dimitte illis non enim sciunt quid faciunt. Diuidentes autem uestimenta eius miserunt sortem. Et stabat populus spectans et irridebant eum principes cum eis dicentes. Alios saluos fecit se ipsum saluum faciat si hic est christus dei electus. Illudebant autem ei et milites accedentes et acetum offerentes ei et dicentes. Si tu es rex iudeorum saluum te fac. Erat autem et superscriptio scripta super eum litteris graecis et latinis et hebraicis. Hic est rex iudeorum. Unus autem de latronibus qui pendebant blasphemabat eum dicens. Si tu es christus saluum fac temetipsum et nos. Respondens autem alius increpabat eum dicens. Neque tu times deum quod in eadem damnatione es. Et nos quidem iuste nam digna factis recipimus hic autem nihil mali gessit. Et dicebat ad iesum. Domine memento mei cum ueneris in regnum tuum. Et ait illi iesus. Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. Erat autem fere hora sexta et tenebrae factae sunt in uniuersam terram usque ad horam nonam. Et obscuratus est sol et uelum templi scissum est medium. Et clamans uoce magna iesus ait. Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et haec dicens expirauit. Uidens autem centurio quod factum fuit glorificauit deum dicens. Uere hic homo iustus erat. Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud et uidebant quae fiebant percutientes pectora sua reuertebantur. Stabant autem omnes notui eius a longe et mulieres quae secutae eum fuerant a galilaea haec uidentes. Et ecce uir nomine ioseph qui erat decurio bonus et iustus hic non consentiebat consilio et actibus eorum ab arimathia ciuitate iudaeae qui exspectabat et ipse regnum dei. Hic accessit ad pilatum et petiit corpus iesu et depositum inuolutum sindone posuit eum in sepulchro excisum in quo nondum quisquam positus fuerat. Et dies erat parasceues et sabbatum inluxit. Secutae autem mulieres quae uenerant cum eo de galilaea uidebant monumentum et quemadmodum positum esset corpus eius. Et reuertentes parauerunt aromata et unguenta et sabbato quidem siluerunt secundum mandatum.

Una autem sabbatorum uenerunt ad monumentum ualde mane et quidam alii cum eis. Inuenerunt autem lapidem reuolutum a monumento. Et cum introissent non inuenerunt corpus iesu. Et factum est dum mente consternatae essent de hac re ecce duo uiri astiterunt iuxta illas in ueste fulgenti. Cum timerent autem et demissent uultum suum ad terram dixerunt ad illas uiri. Quid quaeritis uiuentem cum mortuis non est hic sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est uobis cum adhuc esset in galilaea dicens filium hominis oportet tradi in manus hominum peccatorum et crucifigi et die tertia resurgere. Et recordatae sunt uerborum eius et reuertentes a monumento nuntiauerunt haec omnia illis undecim et ceteris omnibus. Erant autem maria magdalene et iohanna et maria iacobi et ceterae quae cum eis erant quae dicebant ad apostolos haec. Et uisa sunt ante illos sicut deliramentum uerba et non credebant illis. Petrus autem surrexit et cucurrit ad monumentum et procumbens uidit linteamina sola et abiit secum mirans quod factum fuisset. Et ecce duo ex illis ibant ipsa die castellum unum quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab hierusalem nomine emmaus et ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus quae acciderant. Et factum est dum fabularentur et secum quaererent et ipse iesus adpropinquans ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoscerent. Et ait ad illos. Qui sermones hi quos confertis ad inuicem ambulantes et estis tristes. Et respondens unus cui nomen cleophas dixit ei. Tu solus peregrinus es in hierusalem et non cognouisti quae facta sunt in ea in diebus istis. Et ait illis. Quae. Et dixerunt illi de iesu nazareno qui fuit uir propheta potens in opere et sermone coram deo et omni populo. Et quomodo tradiderunt eum principes sacerdotum et principes nostri in damnationem mortis et crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus israhel et nunc super haec omnia tertia dies hodie quae haec facta sunt. Sed et mulieres quaedam ex nostris terruerunt nos quae ante lucem fuerunt pauidae ad monumentum et non inuentis corpore eius uenerunt dicentes se etiam uisionem angelorum uidisse qui dicunt eum uiuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum et ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt ipsum uero non uiderunt. Et ipse dixit ad eos. O stulti et tardi corde ad credendum in omnibus quae locuti sunt prophetae. Nonne haec oportuit pati christum et ita intrare in gloriam suam. Et incipiens a moyse et omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis quae de ipso erant. Et adpropinquauerunt castello quo ibant et ipse finxit se longius ire. Et coegerunt illum dicentes. Mane nobiscum quoniam aduesperascit et inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum est dum recumberet cum eis accepit panem et benedixit ac fregit et porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum et cognouerunt eum et ipse euanuit ex oculis eorum. Et dixerunt ad inuicem nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in uia et aperiret nobis scripturas. Et surgentes eadem hora regressi sunt in hierusalem et inuenerunt congregatos undecim et eos qui cum illis erant dicentes quod surrexit dominus uere et apparuit simoni. Et ipsi narrabant quae gesta erant in uia et quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Haec autem illis loquentibus stetit iesus in medio eorum et dixit eis. Pax uobis ego sum nolite timere. Conturbati autem et conterriti existimabant se spiritum uidere. Et dixit eis. Quid turbati estis et cogitationes ascendunt in corda uestra. Uidete manus meas et pedes meos quia ego ipse. Palpate et uidete quia spiritus carnem et ossa non habet sicut me uidetis habere. Et cum haec dixisset ostendit eis manus et pedes. Adhuc autem illis non credentibus et mirantibus prae gaudio dixit. Habetis hic aliquid quod manducetur. At illi obtulerunt ei partem piscis assi et fauum mellis. Et cum manducasset coram eis dixit. Haec sunt uerba quae locutus sum ad uos adhuc uobiscum esse quoniam necesse est impleri omnia quae scripta sunt in lege moysi et prophetis et psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum ut intellegerent scripturas. Et dixit eis. Quia sic scriptum est et sic oportebat christum pati et resurgere a mortuis tertia die et praedicari in nomine eius paenitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes incipientibus ab hierusalem. Uos autem testes estis horum. Et ego mitto promissum patris mei in uos. Uos autem sedete in ciuitate quoadusque induamini uirtute ex alto. Eduxit autem illos foras in bethaniam et leuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est dum benediceret illis recessit ab eis et ferebatur in caelum. Et ipsi adorantes regressi sunt in hierusalem cum gaudio magno et erant semper in templo laudantes et benedicentes deum amen.

Incipit prologus sancti iohannis euangelistae.

In principio erat uerbum et uerbum erat apud deum et deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil quod factum est. In ipso uita erat et uita erat lux hominum et lux in tenebris lucet et tenebrae eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a deo cui nomen erat iohannes. Hic uenit in testimonium ut testimonium perhiberet de lumine ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux uera quae illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. In mundo erat et mundus per ipsum facta est et mundus eum non cognouit. In propria uenit et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri credentibus in nomine eius. Qui non ex sanguinibus neque ex uoluntate carnis neque ex uoluntate uiri sed ex deo nati sunt. Et uerbum caro factum est et habitauit in nobis et uidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre plenum gratiae et ueritatis. Iohannes testimonium perhibet de ipso et clamat dicens. Hic erat quem dixi. Qui post me uenturus est ante me factus est quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus et gratiam pro gratia. Quia lex per moysen data est gratia et ueritas per iesum christum facta est. Deum nemo uidit umquam unigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarrauit. Et hoc est testimonium iohannis quod miserunt iudaei ab hierosolymis sacerdotes et leuitas ut interrogarent eum tu quis es. Et confessus est et non negauit et confessus est quia non sum ego christus. Et interrogauerunt eum quid ergo helias es tu et dixit non sum. Propheta es tu et respondit non. Dixerunt ergo ei quis es ut responsum demus his qui miserunt nos quid dicis de te ipso. Ait ego uox clamantis in deserto dirigite uiam domini sicut dixit isaias propheta. Et qui missi fuerant erant ex pharisaeis. Et interrogauerunt eum et dixerunt ei quid ergo baptizas si tu non es christus neque helias neque propheta. Respondit eis iohannes dicens. Ego baptizo in aqua medius autem uestrum stetit quem uos nescitis. Ipse est qui post me uenturus est qui ante me factus est cuius ego non sum dignus ut corrigiam calciamenti eius soluam. Haec in bethania facta sunt trans iordanem ubi erat iohannes baptizans. Sequenti die uidit iohannes iesum uenientem ad se et ait. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccatum mundi. Hic est de quo dixi post me uenit uir qui ante me factus est quia prior me erat et ego nesciebam eum sed ut manifestetur in israhel propterea ego in aqua baptizans. Et testimonium perhibuit iohannes dicens quia uidi spiritum descendentem quasi columbam de caelo et mansit super eum. Et ego nesciebam eum sed qui misit me baptizare in aqua ille mihi dixit. Super quem uideris spiritum descendentem et manentem super eum hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego uidi et testimonium perhibui quia hic est filius dei. Sequenti die iterum stabat iohannes et ex discipulis eius duo. Et respiciens iesum ambulantem dicit. Ecce agnus dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem et secuti sunt iesum. Conuersus autem iesus et uidens eos sequentes dicit eis. Quid quaeritis. Qui dixerunt ei rabbi quod dicitur interpretatum magister ubi habitas. Dicit eis. Uenite et uidete. Uenerunt et uiderunt ubi maneret apud eum manserunt die illo hora autem erat quasi decima. Erat andreas frater simonis petri unus ex duobus qui audierant a iohanne et secuti fuerant eum. Hic fecit primum fratrem suum simonem et dicit ei. Inuenimus messiam quod est interpretatum christus. Adduxit eum ad iesum. Intuitus autem eum iesus dixit. Tu es simon filius iona tu uocaberis cephas quod interpretatur petrus. In crastinum uoluit exire in galilaeam et inuenit philippum et dicit ei iesus. Sequere me. Erat autem bethsaida ciuitas andreae et petri. Philippus inuenit nathanahel et dicit ei. Quem scripsit moyses in lege et prophetae inuenimus iesum filium ioseph a nazareth. Et ait illi nathanahel. A nazareth potest aliquid boni esse. Dicit ei philippus. Ueni et uide. Uidit iesus nathanahel uenientem ad se et dicit de eo. Ecce uere israhelita in quo dolus non est. Dicit ei nathanahel. Unde me nosti. Respondit iesus et dixit ei. Priusquam te philippus uocaret cum esses sub ficu uidi te. Respondit nathanahel et ait ei. Rabbi tu es filius dei tu es rex israhel. Respondit iesus et dixit ei. Quia dixi tibi uidi te sub ficu credis maius his uidebis. Et dicit ei. Amen amen dico uobis uidebitis caelum apertum et angelos dei ascendentes et descendentes super filium hominis.

Et die tertia nuptiae factae sunt in cana galilaeae et erat mater iesu ibi. Uocatus autem et iesus et discipuli eius ad nuptias. Et deficiente uino dicit mater iesu ad eum. Uinum non habent. Et dicit ei iesus. Quid mihi et tibi est mulier nondum uenit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcumque dixerit uobis facite. Erant autem ibi lapideae hydriae sex positae secundum purificationem iudaeorum capientes singulae metretas binas uel ternas. Dicit eis iesus. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas usque ad summum. Et dicit eis. Haurite nunc et ferte architriclino. Et tulerunt. Ut autem gustauit architriclinus aquam uinum factum et non sciebat unde esset ministri autem sciebant qui hauserant aquam uocat sponsum architriclinus et dicit ei. Omnis homo primum bonum uinum ponit et cum inebriati fuerint tunc id quod deterius est tu seruasti bonum uinum usque adhuc. Hoc fecit initium signorum iesus in cana galilaeae et manifestauit gloriam suam et credidit in eum discipuli eius. Post hoc descendit capharnaum ipse et mater eius et fratres eius et discipuli eius et ibi manserunt non multis diebus. Et prope erat pascha iudaeorum et ascendit iesus hierosolymam. Et inuenit in templo uendentes boues et oues et columbas et nummularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis omnes eiecit de templo oues quoque et boues et nummulariorum effudit aes et mensas eorum subuertit. Et his qui columbas uendebant dixit. Auferte haec hinc nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Recordati sunt discipuli eius quia scriptum est. Zelus domus tuae comedit me. Et dixerunt ei iudaei. Quod signum ostendis nobis quia haec facis. Respondit iesus et dixit eis. Soluite templum hoc et in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt iudaei. Quadraginta et sex annis aedificatum est templum hoc et tu in tribus diebus excitabis illud. Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis recordati sunt discipuli eius quia hoc dicebat et crediderunt scripturae et sermoni quem dixit iesus. Cum autem esset pascha in hierosolymis die festo multi crediderunt in nomine eius uidentes signa eius quae faciebat. Ipse autem iesus non credebat semetipsum eis eo quod ipse nosset omnes et quia non egebat ut quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine.

Erat autem homo ex pharisaeis nicodemus nomine princeps iudaeorum. Hic uenit ad iesum nocte et dixit ei. Rabbi scimus quia a deo uenisti magister. Nemo enim haec signa potest facere quae tu facis nisi fuerit deus cum eo. Respondit iesus et dixit ei. Amen amen dico tibi nisi quis renatus fuerit denuo non potest uidere regnum dei. Dicit ad eum nicodemus. Quomodo potest homo nasci cum senex sit numquid potest in uterum matris suae iterato introire et renasci. Respondit iesus. Amen amen dico tibi nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum dei. Quod natum est ex carne caro est et quod natum est ex spiritu spiritus est. Non mireris quia dixi tibi oportet nos nasci desuper. Spiritus ubi uult spirat et uocem eius audis sed nescis unde ueniat aut quo uadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit nicodemus et dixit ei. Quomodo possunt haec fieri. Respondit iesus et dixit ei. Tu es magister in israhel et haec ignoras. Amen amen dico tibi quia quod scimus loquimur et quod uidimus testamur et testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi uobis et non creditis quomodo si dixero uobis caelestia credetis. Et nemo ascendit in caelum nisi qui descendit de caelo filius hominis qui est in caelo. Et sicut moyses exaltauit serpentem in deserto ita exaltari oportet filium hominis ut omnis qui credit in ipso non pereat sed habeat uitam aeternam. Sic enim deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret ut omnis qui credit in eum non pereat sed habeat uitam aeternam. Non enim misit deus filium suum in mundum ut iudicet mundum sed ut saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum non iudicatur. Qui autem non credit iam iudicatus est quia non credit in nomine unigeniti filii dei. Hoc autem est iudicium quia lux uenit in mundum et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem erant enim eorum malae opera. Omnis enim qui male agit odit lucem et non uenit ad lucem ut non arguantur opera eius. Qui autem facit ueritatem uenit ad lucem ut manifestentur opera eius quia in deo sunt facta. Post haec uenit iesus et discipuli eius in iudaeam terram et illic demorabatur cum eis et baptizabat. Erat autem et iohannes baptizans in aenon iuxta salim quia aquae multae erant illic et adueniebant et baptizabantur. Nondum enim missus fuerat iohannes in carcerem. Facta est ergo quaestio ex discipulis iohannis cum iudaeo de purificatione. Et uenerunt ad iohannem et dixerunt ei. Rabbi qui erat tecum trans iordanem cui tu testimonium perhibuisti ecce hic baptizat et omnes uenient ad eum. Respondit iohannes et dixit. Non potest homo accipere quicquam nisi fuerit ei datum de caelo. Ipsi uos mihi testimonium perhibetis quia dixi non sum ego christus sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam sponsus est amicus autem sponsi qui stat et audit eum gaudio gaudet propter uocem sponsi. Hoc gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere me autem minui. Qui desuper uenit super omnes est. Qui de terra est de terra loquitur et de terra loquitur. Qui de caelo uenit super omnes est et quod uidit et audiuit hoc testatur et testimonium eius nemo accipit. Qui autem accepit testimonium eius signauit quia deus uerax est. Quem enim misit deus uerba dei loquitur. Non enim ad mensuram dat deus spiritum. Pater diligit filium et omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium habet uitam aeternam. Qui autem incredulus est filio non uidebit uitam sed ira dei manet super eum.

Cum ergo cognouisset iesus quia audierunt pharisaei quod iesus plures discipulos facit et baptizat quam iohannes. Quamquam ipse iesus non baptizaret sed discipuli eius. Reliquit iudaeam et abiit iterum in galilaeam. Oportebat autem eum transire per samariam. Uenit ergo in ciuitatem samariae quae dicitur sichar iuxta praedium quod dedit iacob ioseph filio suo. Erat autem ibi fons iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic super fontem hora erat quasi sexta. Uenit mulier de samaria haurire aquam. Dicit ei iesus. Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier samaritana. Quomodo tu iudaeus cum sis a me bibere petis quae sum mulier samaritana. Non coutuntur enim iudaei samaritanis. Respondit iesus et dixit ei. Si scires donum dei et quis est qui dicit tibi da mihi bibere tu forsitan petisses ab eo et dedisset tibi aquam uiuam. Dicit ei mulier. Domine neque in quo haurias habes et puteus altus est unde ergo habes aquam uiuam. Numquid tu maior es patre nostro iacob qui dedit nobis puteum et ipse ex eo bibit et filii eius et pecora eius. Respondit iesus et dixit ei. Omnis qui bibit ex aqua hac sitiet iterum qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in aeternum sed aqua quam dabo ei fiet in eo fons aquae salientis in uitam aeternam. Dicit ad eum mulier. Domine da mihi hanc aquam ut non sitiam neque ueniam huc haurire. Dicit ei iesus. Uade uocem uirum tuum et ueni huc. Respondit mulier et dixit ei. Non habeo uirum. Dicit ei iesus. Bene dixisti non habeo uirum. Quinque enim uiros habuisti et nunc quem habes non est tuus uir hoc uere dixisti. Dicit ei mulier. Domine uideo quia propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt et uos dicitis quia hierosolymis est locus ubi adorare oportet. Dicit ei iesus. Mulier crede mihi quia uenit hora quando neque in monte hoc neque in hierosolymis adorabitis patrem. Uos adoratis quod nescitis nos adoramus quod scimus quia salus ex iudaeis est. Sed uenit hora et nunc est quando ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu et ueritate. Nam et pater tales quaerit qui adorent eum. Spiritus est deus et eos qui adorant eum in spiritu et ueritate oportet adorare. Dicit ei mulier. Scio quia messias uenit qui dicitur christus. Cum uenerit ille nobis adnuntiabit omnia. Dicit ei iesus. Ego sum qui loquor tecum. Et continuo uenerunt discipuli eius et mirabantur quia cum muliere loquebatur nemo tamen dixit. Quid quaeris aut quid loqueris cum ea. Reliquit ergo hydriam suam mulier et abiit in ciuitatem et dicit illis hominibus. Uenite et uidete hominem qui dixit mihi omnia quaecumque feci numquid ipse est christus. Exierunt ergo de ciuitate et ueniebant ad eum. Interea rogabant eum discipuli dicentes. Rabbi manducа. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo manducare quem uos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad alterutrum. Numquid ei quis attulit manducare. Dicit eis iesus. Meus cibus est ut faciam uoluntatem eius qui misit me ut perficiam opus eius. Nonne uos dicitis quia adhuc quattuor menses sunt et messis ueniat. Ecce dico uobis leuate oculos uestros et uidete regiones quia albae sunt iam ad messem. Et qui metit mercedem accipit et congregat fructum in uitam aeternam ut et qui seminat simul gaudeat et qui metit. In hoc enim est uerbum uerum quia alius est qui seminat et alius est qui metit. Ego misi uos metere quod non laborastis alii laborauerunt et uos in laborem eorum introistis. Ex illa autem ciuitate multi crediderunt in eum samaritanorum propter uerbum mulieris testimonium perhibentis quia dixit mihi omnia quaecumque feci. Cum uenissent ergo ad illum samaritani rogabant eum ut apud eos maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt propter uerbum eius. Et mulieri dicebant quia iam non propter tuam loquelam credimus ipsi enim audiuimus et scimus quia hic est uere saluator mundi christus. Et post duos dies exiit inde et abiit in galilaeam. Ipse enim iesus testimonium perhibuit quia propheta in patria sua honorem non habet. Cum uenisset ergo in galilaeam exceperunt eum galilaei uidentes omnia quae fecerat hierosolymis in die festo et ipsi enim uenerant ad diem festum. Uenit ergo iterum in cana galilaeae ubi fecit aquam uinum. Et erat quidam regulus cuius filius infirmabatur capharnaum. Hic cum audisset quia iesus adueniret a iudaea in galilaeam abiit ad eum et rogabat eum ut descenderet et sanaret filium eius incipiebat enim mori. Dixit ergo iesus ad eum. Nisi signa et prodigia uideritis non creditis. Dicit ad eum regulus. Domine descende antequam moriatur filius meus. Dicit ei iesus. Uade filius tuus uiuit. Credidit homo sermoni quem dixit ei iesus et ibat. Iam autem illo descendente serui occurrerunt ei et nuntiauerunt dicentes quia filius eius uiuit. Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit et dixerunt ei quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater quia illa hora erat in qua dixit ei iesus filius tuus uiuit et credidit ipse et domus eius tota. Hoc iterum secundum signum fecit iesus cum uenisset a iudaea in galilaeam.

Post haec erat dies festus iudaeorum et ascendit iesus hierosolymam. Est autem hierosolymis probatica piscina quae cognominatur hebraice bethsaida quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium caecorum claudorum aridorum expectantium aquae motum. Angelus enim domini secundum tempus descendebat in piscinam et mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motum aquae sanus fiebat a quacumque detinebatur infirmitate. Erat autem quidam ibi homo triginta et octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum uidisset iesus iacentem et cognouisset quia multum iam tempus habet dicit ei. Uis sanus fieri. Respondit ei infirmus. Domine hominem non habeo ut cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinam. Dum autem uenio ego alius ante me descendit. Dicit ei iesus. Surge tolle grabatum tuum et ambula. Et statim sanus factus est homo et sustulit grabatum suum et ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo. Dicebant ergo iudaei illi qui sanatus fuerat. Sabbatum est non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis. Qui me sanum fecit ille mihi dixit. Tolle grabatum tuum et ambula. Interrogauerunt ergo eum. Quis est homo qui dixit tibi. Tolle grabatum tuum et ambula. Is autem qui sanus factus fuerat nesciebat quis esset. Iesus enim declinauit a turba constituta in loco. Postea inuenit eum iesus in templo et dixit ei. Ecce sanus factus es iam noli peccare ne quid tibi deterius contingat. Abiit homo et nuntiauit iudaeis quia iesus est qui fecit eum sanum. Et propterea persequebantur iesum iudaei quia haec faciebat in sabbato. Iesus autem respondit eis. Pater meus usque modo operatur et ego operor. Propterea ergo magis quaerebant eum iudaei interficere quia non solum soluebat sabbatum sed et patrem suum dicebat deum aequalem se faciens deo. Respondit ergo iesus et dixit eis. Amen amen dico uobis non potest filius a se facere quidquam nisi quod uiderit patrem facientem. Quae enim ille fecerit haec et filius similiter facit. Pater enim diligit filium et omnia demonstrat ei quae ipse facit et maiora his demonstrabit ei opera ut uos miremini. Sicut enim pater suscitat mortuos et uiuificat ita et filius quos uult uiuificat. Neque enim pater iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio. Ut omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium non honorificat patrem qui misit illum. Amen amen dico uobis quia qui uerbum meum audit et credit ei qui misit me habet uitam aeternam et in iudicium non uenit sed transit a morte in uitam. Amen amen dico uobis quia uenit hora et nunc est quando mortui audient uocem filii dei et qui audierint uiuent. Sicut enim pater habet uitam in semetipso sic dedit et filio uitam habere in semetipso. Et potestatem dedit ei iudicium facere quia filius hominis est. Nolite mirari hoc quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient uocem eius et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem uitae qui uero mala egerunt in resurrectionem iudicii. Non possum ego a me ipso facere quidquam sicut audio iudico et iudicium meum iustum est quia non quaero uoluntatem meam sed uoluntatem eius qui misit me patris. Si ego testimonium perhibeo de me ipso testimonium meum non est uerum. Alius est qui testimonium perhibet de me et scio quia uerum est testimonium quod perhibet de me. Uos misistis ad iohannem et testimonium perhibuit ueritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio sed haec dico ut uos salui sitis. Ille erat lucerna ardens et lucens uos autem uoluistis exultare ad horam in luce eius. Ego autem habeo testimonium maius iohanne opera enim quae dedit mihi pater ut perficiam ea ipsa opera quae ego facio testimonium perhibent de me quia pater misit me. Et qui misit me pater ipse testimonium perhibuit de me. Neque uocem eius umquam audistis neque speciem eius uidistis et uerbum eius non habetis manens in uobis quia quem misit ille huic uos non creditis. Scrutamini scripturas in quibus putatis uitam aeternam habere et illae sunt quae testimonium perhibent de me. Et non uultis uenire ad me ut uitam habeatis. Gloriam ab hominibus non accipio sed cognoui uos quia dilectionem dei non habetis in uobis. Ego ueni in nomine patris mei et non accipitis me si alius uenerit in nomine suo illum accipietis. Quomodo uos potestis credere qui gloriam ab inuicem accipitis et gloriam quae a solo deo est non quaeritis. Nolite putare quia ego accusaturus sum uos apud patrem. Est qui accusat uos moyses in quo uos speratis. Si enim crederetis moysi crederetis forsitan et mihi de me enim ille scripsit. Si autem illius litteris non creditis quomodo meis sermonibus credetis.

Post haec abiit iesus trans mare galilaeae quod est tiberiadis et sequebatur eum multitudo magna quia uidebant signa quae faciebat super his qui infirmabantur. Subiit autem iesus in montem et ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum pascha dies festus iudaeorum. Cum leuasset ergo oculos iesus et uidisset quia multitudo magna uenit ad eum dicit philippo. Unde ememus panes ut manducent hi. Hoc autem dicebat temptans eum ipse enim sciebat quid esset facturus. Responditque ei philippus. Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis ut unusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei unus de discipulis eius andreas frater simonis petri. Est puer unus hic qui habet quinque panes hordeaceos et duos p

Mat 26 b. Mar 14 b. Io 13 c.

.3.
verum nec panis sine aqua confectus
nec vinum sine aqua offertur. per
aquam populus significatur: qui nec
sine Christi passione salvatur. nec
sine cuius amore Christus esse passus. o
portet quod ut nos eum manducemus:
ut ipse in nobis maneat et nos in
eo.

Exemplo vide filium hominis tra
ditum qui illud inviolabile do
minici corporis sacramentum in
olenter presumit. vendit quem
timore et amore neglecto contra
amore coniungit criminosa.

Sicut de passione predixit. sic et
de proditore. ut ille videns se
latere non posse peniteat facti. non
ex nomine designat. ne manife
ste correptus inpudentior fi
eret. agitur ergo clam in animo
ut conscientiam primam agat. predicit et
penam ut quem pudor non vicerat
denunciata supplicia colerce

Evangelium de apostolis. Mat 20 b. Mar 10 f.

ant.

Causa contentionis nobis incogni
ta. sed non est incredibile. credimus quod
precipit alibi contendunt inter se
angustam portam honore se in
vicem prevenendo certarent sed
quibus ex causa contenderunt. non
quod adhuc carnales gesserint.
sed quod spiritualem magister inferat
et audiamus.

Primus magister non mutet con
tentionis arguit. formam
humilitatis quam sequamur describit. cum nos more scelarium per prelatione preveniunt vul
tis ad regni possessionem. sed ad summa virtutis non potentia. venitur. set humilitate.
necesse est ei ut rectorem subditis. et matrem pietatis et patientiam
exibet disciplina. ne aut disciplina. ne aut districtio ri
gida aut pietas sit remissa.

ut diceret. Hic est calix novi testa
et additione vetus et sanguinis hircorum et vitulorum dedicatum est quod ipse
menti in sanguine meo qui pro vobis ef
sibi est sanguinis hircorum penam tolli. et cum vini de nobis non pro dicit pro
fundetur. Verumtamen ecce manus tra
quod fundet ipse sanguis.
dentis me mecum est in mensa. Et quidem
et homo facit mee impossibilia
filius hominis secundum quod diffinitum est va
quia est per magni sui
dit. Verumtamen ve homini illi per quem tra
detur. Et ipsi ceperunt
querere inter se quis
esset ex eis qui hoc
esset facturus. Facta est et
contentio inter eos quis
eorum videretur esse
maior. Dixit autem
eis. Reges gentium
et per potentiam nos humilitate
dominantur eorum et qui
et largiendi.
potestatem habent su
per eos benefici vocantur. Vos autem non
et in virtutibus.
sic. Sed qui maior est in vobis fiat

Moverant. xii. quod nul
tale cogitaverant. sed plus
credunt magistro quam si
bi. timentes fragilitatem
suam. a. xii. querunt de peccato
quod non habent conscientiam.

Ambrosius. caveamus impendi
o nec de inpletione patet esse
contentio. sicut non credebant
apostoli non excusatione obtendere
dentes sed causationi proponitur
omnibus una forma dedit summe
ut non de prelatione iactanti
a sit. et de humilitate contentio.

Quia et eorum qui distribu
unt non auctores sed dispen
satores sunt.

Ad ulta exhortationis ex
emplum de se ponit. hic

iohannes — scribit — si

ego lavi pedes vestros qui minus est maior: vos debetis alter alterius lavare pedes. possunt et illo ministerio omnia intelligi que dominus circa nos et miraculis agendo gessit, non tamen pro dicendo sed animam quam accepit pro nobis ponendo. ut et nos pro invicem animas ponere discamus.

Hec est mutatio rerum ut qui humiles nunc gaudent ministrare et servire, sublimes et in mensa domini eternis dapibus alantur. et qui in temporibus ministerii dicuntur cum domino permanere, illi cum eo super temptatores suos iusti iudices veniunt. quanto enim hic despectiores, tanto illic maiore culmine potestatis exercentur.

Quia ego laudis ei solus non multi cum domino in temptatione permansisse dicentur, ammonet eos ex se per se non potuisse nisi divina gratia fuissent protecti. tamen Sathanas expetit temptare et velud qui triticum purgat ventilando inveniet: nullus fidem diabolo virtute permittit de temptari.

Sicut ego orando te protexi ne deficeres, sic tu in...

Quod hic ministrat. — In iudicium sanctis. — Quasi maior vobis.

sicut iunior et qui precessor est sicut ministrator. Nam quis est maior qui recumbit an qui ministrat? nonne qui recumbit? ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat. Vos autem estis qui permansistis mecum in temptationibus meis; et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo, et sedeatis super thronos xii iudicantes xii tribus Israel. Ait autem dominus: Symon, Symon, ecce Sathanas expetivit vos ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogavi pro te ut non deficiat fides tua; et tu aliquando conversus confirma fratres tuos.

(interlinear: viventis id est eternum id est sanctis fruentes — de visione dei satiati et saciati — gaudio in toni. Quia ea est sanctis — quia omnibus sanctis est ad fruendum — sanctis est celestis vite gloria.)

Ego ministro vos autem recumbitis. Respondit causam quia permansistis mecum in temptationibus meis. Infirmitas mea non terruit vos sed in bono cepto perseverastis sicut ego in obedientia usque ad mortem. Dedit pater nomen quod est super omne nomen. Sic et ego vos permanentes mecum ducam in eternum regnum. Intelligendum est Iudam iam recessisse et multos alios iam retro habuisse audientes verbis incomprehensibilis sacramenti quod hic loquebatur dominus.

Per xii. non xii. sed multitudo iudicantium signatur per duas partes septenarii, que universitas significat id est tria et iiii per quas multiplicatur.

Sathanas vos nos ad cribrandum petit. Qui ad eorum afflictionem estibus anhelat malicie cordis et mundus eorum temptatione afficit eorum illorum qui perturbatione depravat. — Petre.

Non ut temptaretis sed ne deficiat fides tua ut post lapsum negationis ad pristinum statum penitendo resurgas. Unde certum est scilicet et temptationibus examinari ut qui fortes fuerint appareant et cognita temptatores temptationibus sua infirmitate fortiores fieri discant, et sic et fructum probati accipiant coronam vite.

Quod nisi non eadem vivendi regula p...

3

s[ecundu]m iu. solus.

Mat 26 c. Mr 14 c.

lucas solus

Mat 26 c. Mr 14 c. Jo 18 a.

qui dixit ei: Domine tecum paratus sum et in carcerem et in mortem ire. Ille dixit: Dico tibi Petre non cantabit hodie gallus donec ter abneges nosse me. Et dixit eis: Quando misi vos sine sacculo et pera et calciamentis numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: nichil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum tollat similiter et peram, et qui non habet vendat tunicam suam et emat gladium. Dico enim vobis quoniam adhuc hoc quod scriptum est oportet impleri in me: Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea que sunt de me finem habent. At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladii hic. At ille dixit eis: Satis est. Et egressus ibat secundum consuetudinem in monte[m]

quod predicta in impletionem ... id est duo gladii ... diu premeretur unus nouum alterius uetus. Vel: quibus aduersus diaboli munimini insidias ... satis est quod michi defenderunt ... [illegible] ... dextra

.3. secundis quod pacis tempore discipulos suos formaret, misisset sic discipulis ad predicandum neque tollere in via preter ordinarios victus, scilicet cum evangelium nuntiat de evangelio vivat; instante vero mortis articulo et tota illa gente et pastorem simul et gregem persequente congruam tempori regulam constituens, permittit ut tollant victui necessaria donec sopita insania persecutorum evangelizandi tempus redeat.

In hoc quoque nobis datur exemplum ut nonnumquam causa instante cautius de nostri propositi rigore sine culpa intermittere possimus. Ubi gratia sui in hospitales regiones ituri plura viatici causa licet portari quam domi habeamus.

Gladium vel hostium sumere vel non hostium iubet emere, ut sciant legem inesse non facultatem resistendi, decere discipulis et magistro amorem potius in se patiendi, ubi et si nulla alia causa evaginandi gladium esset, sufficere poterat illam ut amputata auricula servi tactu domini sanaretur. In quo admonemur ne iram percussi sustineamus sed fide resurgentis suscipiamus. Ante vero sacculum et peram et gladium tollere iubet, at subdit: scilicet quia ipse passurus et cum iniquis erat deputandus, id est cum latronibus in medio crucifixus vel etiam inferis ad quos post mortem erat descensurus ut educeret suos vinctos de lacu ubi non est aqua.

Gladius spiritualis: ut vendas primo nummum et emas verbum quo nuda tunicis penetralia vestiuntur; est in gladio passionis ut exuas corpus et immolate carnis exuviis emaris tibi coronam martirii. Denique ut signas quod de passione locutus est ne tur[baretur] ...

Firmiores fuerint exemplo tue penitencie confortati, ne de venia desperent.

Quia dominus dixerat se pro Petro rogasse ille presentis affectus et fidei fervens, sed nescius casus futuri credit ab eo posse deficere. Sed ille qui novit quid sit in homine neque quis de suo statu temerarie confidat vel de casu in cautius diffidat, sic de modo et tempore numerum negationis eius predicat et sic miseri cors auxilium sue defensionis promittit.

Duo gladii sufficiunt ...

ad testimonium sponte passi salvatoris. Vel ideo apostolis audaciam certandi pro domino et vincendi, cum ubique pro nomine eius audita domino in monte orante, et veniret ad mortem dicendi, in nemore et alie qui nec uti exemplum vagina ostenderet eos non tantum quod potuerunt per eius defensione facere per missos.

Impossibile est hominem non temptari, nec ait ut non temptemini, sed ne intretis in temptationem orate, id est ne temptatio vos superet et in laqueos suos teneat.

Tradentur a discipulis dominus conventum locum ad locum ubi facile possit inveniri, ne mortem timuisse putaretur. Et ne discipulos sanguinis et corporis sui ministeriis imbutos vivos tradunt ut omnes in morte ipse, captivatos et de significare altissimo sancti spiritus doctrina confirmandos.

Ambrosius. Pro me doluit cum per se nichil habuit quod doleret suscepit tristitiam meam ut mihi largiretur suam leticiam, et sufficit gratiam nomine eius que per dominum.

Apparuit per illum oravit quomodo monet orationibus suarum vigilando et orando per crucem.

---

numerum.
tem Olivarum. Secuti
sunt autem illum et dis-
cipuli. Et cum pervenisset
ad locum in illa que dicitur
ad locum, dixit
dicitur gessemani.
illis: Orate ne in-
tretis in temptationem.
Et ipse avulsus
est ab eis quantum iac-
id est hominem
tus lapidis. Et positis
tante invidia habitu corporis et con-
genibus orabat dicens:
dicit eam voluntatem suam que ex hominis
Pater, si vis trans fer ca-
persona trepidantis se invenerat
licem istum a me. Ve-
ex filii deitatis patre et firmiter
rumtamen non mea volun-
tas sed tua fiat. Ap-
paruit autem illi an-
gelus de celo confortans
eum. Et factus in ago-
nia prolixius ora-
bat. Et factus est su-
dor eius sicut gutte
sanguinis decurrentis

---

tenet discipulorum animos desiderio exemplum supponit quod adhuc.

Dato apostolis precepto orandi, ipse avulsus est ab eis solus, quod solus orat qui solus passurus erat pro omnibus, innuens orationem suam tantum esse a nostra distare.

In hoc mistice innuitur ut in ipsum dirigant lapidem, id est usque ad ipsum producant intentionem legis que scripta erat in lapide, usque ad illum, et per venerunt ille lapis quoniam Christus finis est legis omni credenti ad iustitiam.

Veritatem non nuntiat, appropinquans dominus passioni infirmitatem naturam et timorem ut ab se removeret suscepit, et iterum postea ordie nimia fortitudine virtutis ostenderet ut cum nobis imminet, et quod si nolumus sic per infirmitatem petitionem ne faciat ut tamen per fortitudinem parati simus adimplere dei voluntatem nostri voluntatem potius quam nostram.

Orat non tantum timore patiendi quod misericordia potius pro illis ne ab illo bibant calicem proprie natum. Unde et significantur dicens istum, id est poculum iudeorum qui non habent excusationem ignorantie de iniqua morte, et quod condignum animi actor illius in lege. Propter hoc significat per vinum initium iudeorum credat multitudo gentium, non recuso passionem sed nolo illi expectandi sunt ut alii videant non mea sed tua fiat voluntas.

Homo totus et eo modo est confortans quod tristitiam nostram si nobis tristis est, id est propter nos tristis est, necesse est ut ipse propter nos confortans sit in nobis.

Appropinquante morte certamen sumas nostre in se expressit cum merito quandam vim terroris patitur cum post pu-
[illegible] sicut in vento que metum non possit mutari.

Marcus solus.

Marcus 26 d. Matheus 19 d.

¶ Mt 26 d. Mr 14 d.

Puerum sanguine uirgarũ declarat̃ur t̃ effectũ sue pass̃ionis obtinere uidẽ
s. discipl̃os q̃ tarda ad hoc tragicum
eq̃uleum suo sanguine purgant. ꝛ
ideo illi scandalu de morte eius patibul
leue h̃ re cõcipe mouendo deleuer. t̃ no
tũ mũd̃ p̃sens mortũ ad uitam re
suscitauer.

Suscipit oscl̃m dñs ũq̃ simulatorem no
uerat t̃ ut nec p dono ẽ fugẽ uideat.
ꝛ pl̃ affligeret p dono ẽ q̃ maioris offa
ũ negauer. ꝛ ũ dr̃ ẽ hic q̃ oderunt pac̃
eram pacifica.

¶ Mt 26 d. Mr 14 d. Jo 18 a.

Misit̃ seruul ẽ p̃ls uultũ p̃ncipũ
sacdotũ ꝛ debuit ũcipe q̃ passionem
dñi deuitã aure. ꝛ sp̃ualem intelligẽ
tiã p̃bẽt ministra. ꝛ ubi illatũ uulnꝰ
eternal ũ p̃cio tollent̃ t̃ diuino ui
dicto obtata pendente q̃ auricl̃m hꝰ
q̃ credẽ maluer̃ pietate dñi restau
rt̃ ꝛ eam t̃ sanat̃ signifi
cata. audiũ ablata uetustate ino
uetũm ut sit̃ nouitate dr̃ ũ in
uetustate uitere.

¶ Mt 26 e. Mr 14 e. Jo 18 b.

Simõ p̃ietate obliuiscẽ q̃ nec lo
cus uol petitur uulnerari.

¶ Iuxta solis.

Ordo cũ interrogasset dicentes. dñe si
percutim̃. g. tunc ꝛ dett sinistre ut̃ hũc.
i. ũ moueat q̃ sicut ẽ p̃ uocandi sic
hunc usq̃ p gredi ut me appꝛehendam.
ꝛ impleat̃ q̃ de me scr̃ta sũt t̃ sinist̃
motus ultor. ꝛ interrogatiõ respondẽ
tis p̃ defensionis motu
Sicut mulieres in monumento domini stantes recordantur verborum eius de sua dispensatione que per carnem erat. sic et nos ut dominice passionis mysteria celebrantes non solum passionis sed resurrectionis et ascensionis debemus recordari.

Quod discipuli tarde credunt non tam illorum infirmitas quam nostra firmitas. nam illis dubitantibus resurrectio multis argumentis demonstratur. que dum legentes agnoscimus quid aliud quam de eorum dubitatione solidamur.

Iohannes commemorat quod ipse et petrus simul cucurrerunt et quod petro intro eunte in monumento viderunt linteamina posita et sudarium. ipse iohannes se inclinans vidit linteamina nec introivit. sed intelligendum est petrum primo procumbentem vidisse quod lucas commemorat iohannes tacet. postea ingressus ut diligentius intueretur. discessit tamen ante quam iohannes intraret. Io 20 a.

Stadium octava pars est miliarii. unde sexaginta stadia .vii. milia passuum et quingentos faciunt quod spatium nomini eius congruit. qui de morte et sepultura domini certi sed de resurrectione dubii. nam resurrectionem que post septimam sabbati facta est octavo numero congruere nullus ambigit. b

Feria 2 post pascha. apr. 16 b.

discipuli quia qui de domino loquebantur acce dunt. vii. miliarium ierusalem distans. qui uicem oportet implere ... ad mortem. qui vi. sabbati subiit. ... se consolabantur et implebant ... hunc in sepulcro non dubitabant quieuisse. sed de octauo dimidium ... peregerunt. quia gloriam iam celebrate resurrectionis non credebant perfecte.

Loquentes de se dominus appropinquans comitatur. ut et fidem resurrectionis mentibus eorum accendat. et quod se promiserat facturum impleat. Ubi sunt duo uel tres in nomine meo congregati, ibi sum in medio eorum.

Peregrinum putant quem non agnoscunt. Et uere peregrinus erat eis a quorum fragilitate per gloriam resurrectionis iam longe distabat, a quorum fide resurrectionis nescia manebat extraneus.

die in castellum quod erat in spacio stadiorum sexaginta ab ierusalem nomine emaus. Et ipsi loquebantur ad invicem de his omnibus que acciderant. Et factum est dum fabularentur

Emaus ipsa metropolis ciuitas palestine insignis que post expugnatam urbem uidetur sub marco aurelio antonio principe restaurata et statum mutauit et nomen.

Apparuit quidem sed speciem qua recognoscerent non ostendit. sicut ipsi intus amabant et tamen dubitabant. sic ipse foris et presens adest et quis sit non ostendit. de se loquentibus presentiam exhibet. sed de se dubitantibus speciem cognitionis aufert.

et secum quererent. et ipse ihesus appropinquans ibat cum illis. oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoscerent. Et ait ad ~~eos~~ illos. Qui sunt hii sermones quos confertis ad invicem ambulantes et estis tristes. Et respondens unus cui nomen cleophas dixit ei. Tu solus peregrinus es in ierusalem. et non cognovisti que facta sunt in illa his diebus? Quibus ~~ille~~ dixit ille. Que? Et dixerunt ei. De ihesu nazareno qui fuit vir propheta potens in opere et sermone coram deo et omni populo.

Prophetam et magnum fatentur. filium dei tacent. uel quia non adhuc perfecte credunt. uel si credunt timent tradi in manibus iudeorum nescientes cum quo loquuntur.

Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes et principes nostri in dampnationem mortis. et crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus

Quidam modo redarguunt se ipsos qui in illo redemptionem speraverunt. quem mortuum

[spera]bamus quia ipse esset redempturus Israel. et nunc super hec omnia tertia dies est hodie quod hec facta sunt. Sed et mulieres quedam ex nostris terruerunt nos que ante lucem fuerunt ad monumentum. et non invento corpore eius venerunt dicentes se etiam visionem angelorum vidisse qui dicunt eum vivere. et abierunt quidam ex nostris ad monumentum. et ita invenerunt sicut mulieres dixerunt. ipsum vero non invenerunt. et ipse dixit ad eos. O stulti et tardi corde ad credendum in omnibus que locuti sunt prophete. nonne hec oportuit pati Christum. et ita intrare in gloriam suam. Et incipiens a Moyse et prophetis omnibus interpretabatur illis in omnibus scripturis que de ipso erant. et appropinquaverunt castello quo ibant. et ipse se finxit longius ire. et coegerunt illum dicentes. mane nobiscum quia advesperascit. et inclinata est iam dies. et intravit cum illis. Et factum est dum recumberet cum illis accepit panem et bene[dixit]

viderant. nec videbant resurrecturum. et maxime dolent eum sine culpa occisum quem innocentem viderant. et ex hoc tristes incedebant.

Merito dicuntur terruisse eos quibus de non invento corpore plus tristitiam addiderunt quam denuntiata resurrectione gaudium quo recrearentur attulerunt.

Cum supra dixerit cucurrisse ad monumentum. et modo dicat Cleophas. quidam ex nostris abierunt ad monumentum intelligendus est et duo simul ierunt. sed Petrum solum commemoravit primo. quia primitus illi Maria nuntiavit.

Corpore. s. talem se exhibuit in corpore qualis apud illos erat in mente. peregrini erant. si hunc quasi filium dei diligebant. tamen ut peregrinum diligerent. sed quia a caritate extranei esse non poterant. cum quibus veritas graditur. ad hospitium vocant. unde cognitum quo exem[...]

Hec gemina nos humiliantia necessitas incumbit. qui nec in scripturis quantum oportet edocti. nec ad implenda que novimus quantum decet sumus intenti. nam si Moyses et prophete de Christo locuti sunt et per passionem in gloriam intraturum predixerunt. quomodo se gloriatur christianum qui nec scripturis querit ad Christum pertineat

in uestigat. nec ad gloriam que cum xpo habere cupit per passiones contingere desiderat.

Que in expositione scripture non cognouerunt in panis fractione nouerunt. quia non auditores legis sed factores iustificabuntur. et ueritas melius operando quam audiendo intelligitur.

Ideo in xpo uel alia ostensa est effigies ut eum non in fractione panis cognoscerent. ut omnes intelligant scripturam non agnosci. non fiant participes corporis eius. id est ecclesie que unitatem commendat apostolus in sacramento panis dicens. unus panis unum corpus multi sumus. cum ergo panem benedictum porrigit. aperiuntur oculi ut eum cognoscant. et remouetur impedimentum. quia caligatione in oculis erat ne agnoscerent ihesum. id est impedimentum permittente domino. donec ad sacramentum panis ueniatur. sed participata unitate corporis aufertur impedimentum inimici. ut possit xpus agnosci.

Exaudito sermone corda prius torpore incredulitatis tamquam frigidum igne spiritus sancti est accensum ut iam certo desiderio arderent ad credendum. ueritatem se sentiebant quod preceptis instruuntur. unde dicitur facibus inflamatur.

Primo omnium uirorum apparuit petro quia ubi non dicitur euangelista quando uel ubi factum sit quia factum est non tacet.

Hec ostensio est illa de qua iohannes ait. cum sero esset die illa. una sabbatorum etc. ... quod non dicit iohannes thomam non fuisse cum illis. cum lucas dicat istos duos inuenisse xi.

dixit et fregit et porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum et ipsi cognouerunt eum. et ipse euanuit ex oculis eorum. et dixerunt ad inuicem. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in uia. et aperiret nobis scripturas. Et surgentes eadem hora regressi sunt in ierusalem. et inuenerunt congregatos xi. et eos qui cum ipsis erant dicentes. quod surrexit dominus uere et apparuit simoni. Et ipsi narrabant que gesta erant in uia. et quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Dum hec autem loquerentur stetit ihesus in

xi. congregatos et eos qui cum

populo colligitur ut peregrinum ad hospicium uocandum non solum uocandi sunt sed etiam trahendi.

Sub titulis oculis carnalibus speciei firmitates ut mentalibus incipiat apparere gloria resurrectionis unde subditur. et dixerunt ad inuicem.

Iam sanauerat quod surrexerat ihesus serui annuncia... id est a symone petro cui apparuerat hec loquentes inuenerunt isti duo. hoc ipsi prius audierant quod surrexerat. sed tamen erant in uia dicentes quod etiam angelos dixisse uiuere ... ignorantes eum cum quo loquebantur. poterant tamen ne incidere in manus inimicorum suorum passum dicentes xpi resurrectionis.

Credebant apostoli sed non ... primo quod paucorum

¶. C
festa 3 post pascha. Jo 20 c.

opinione suam maioris parte excludit. Denique qui per ianuas clausas et sine tactu resuscitari potuit, qui clausis hostiis in corpore suo se in prius infundit.

Post resurrectionem in corpore suo dominus duo ostendit: palpabile et eiusdem naturae, ut formet ad fidem; et incorruptibile alterius gloriae, ut invitet ad premium.

Putabant discipuli fuisse eum hominem, sed postquam mortuus est non credunt tertio die potuisse veram carnem de sepulcro resurgere; putant se videre spiritum quem emisit in passione. Sed hunc errorem aufert dominus.

medio eorum et dixit eis. Pax vobis, ego sum, nolite timere. Conturbati vero et conterriti existimabant se spiritum videre. Et dixit eis: Quid turbati estis et cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas et pedes quia ego ipse sum. Palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet sicut me videtis habere. Et cum hec dixisset ostendit eis manus et pedes. Adhuc autem illis non credentibus et mirantibus pre gaudio dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi et favum

Multis documentis persuadet resurrectionem, primo tactu, secundo visu, in manibus etiam manducandum. Quod palpanda ossa carnis que monstrat, statum sue vel nostre resurrectionis signat, in qua corpus nostrum et subtile erit per effectum spiritualis potentie et palpabile per veritatem nature.

qui eis erant intelligendi quam Thomas, non exierunt antequam dominus his loquentibus eis appareret.

Tales non de suis descendunt, sed sicut mala herba in corde ascendentes. Fidem quam in vobis plantavi exigo, qui in vobis ortum est. Dempnio si non est veritas resurrectionis perditus est fructus passionis.

Ut ostensa vulnerum cicatrice infidelitatis vulnus sanaret. Quas cicatrices non sanavit, in iudicio est servaturus. Primo ad fidem resurrectionis instruendam; deinde ut patri pro nobis supplicans quale genus mortis pro homine pertulerit semper ostendat; tertio ut sua redemptos quam misericorditer sit adiutos, propositis et mortis innuat; iudicans postremo ut in iudicio quam iuste dampnentur impii denuntiet, ostensa quam ab illis accepit cicatrice. Non igitur ex impotentia curandi cicatrices servavit, sed ut in perpetuum victorie sue circumferat triumphum.

Ad insinuendam veritatem resurrectionis non solum tangi sed et vesci voluit, non quia ipse ut nos post resurrectionem cibo indigere deberemus, sed ut corpus non spiritum esse demonstraret. Manducavit potestate non necessitate: aliter absorbet aquam terra sitiens, aliter radius solis calens; illa indigentia, iste potestate.

Jo. 21 A.

Piscis assus ipse mediator passus in aquis humani generis captus laqueo mortis assatus tempore passionis; ipse est favus mellis nobis in resurrectione. Favus mellis in cera, id est divinitas in humanitate. Ut sic commestione signetur quod illos in corpore suo ad eternam quietem suscepit, qui cum tribulationes pro eo sentiunt ab amore interne dulcedinis non recedunt.

qui hic assumuntur illic vera dulcedine saciabuntur.

¶ Fe. v. post ascensionem domini. Lu. solus.

mellis. Et cum manducasset coram eis sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos: Hec sunt verba que locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum quoniam necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege Moysi et prophetis et psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas et dixit illis: Quoniam sic scriptum est et sic oportebat Christum pati et resurgere a mortuis die tertia et predicari in nomine eius penitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes incipientibus ab Ierusalem. Vos autem testes estis horum. Et ego

q. in eadem mortali carne. · s. hec verba. · Tum in una · tum in diversis gentibus vel aliquibus gentibus incipiente traditione. · Cum auditis et · audistis. · Cum predicandi sunt. · sedet. qui ut vitiis claustra se constringit ne loquendo

Pretermissis que post omnibus quadraginta dies gesta sunt primo resurrectionis diei tacite coniungit novissimum quo ascendit in celum. Et pulchre benedicturus discipulos educit in Bethaniam que domus obedientie dicitur, quia qui propter obedientiam venit, propter obedientiam ascendit. Que eadem villa in latere montis Oliveti est posita, quia obedientis ecclesie domus apostolico digna hospicio non alibi quam in latere summi montis, id est Christi fundamenta fidei, spei et caritatis locavit, de cuius latere sacramentum sanguinis et aque quibus nascatur et nutriatur, gaudet emanasse de cruce, id est de caritate spiritualis unctionis munera desideret lucis et pacis promissa expectat. Bethania vero ierusalem quindecim stadiis que erat iter unius diei, xviii quibus constat scripture nostre accomodata, videlicet vel vita que nunc est, et futura, vel veteris et novum testamentum, vel sabbatum animarum in futuro et carnis, continet resurrectionem. Et ideo quibus utriusque testamenti scientiam aperuit, quos omnem vivendi et regnandi regulam educit eos xv stadiis in loco quo eis benediceret et precepta docendi tradet educi. Recte xv stadiis locum ascensionis a loco passionis tenetur, ut omnes per se mori cupientes et primo quiescendi post mortem et in fine a mortuis resuscitandi desiderio parat et amore firmaret.

Omnis ambiguitas aufertur. Visus est, tactus est, manducavit. Ne in aliquo sensu humano fantasia ludificasse videatur, manus ad scripturas ut que fantastica magica videantur potuisse perpetrare ante que nati sunt.

Post visum, post tactum, post commemoratam legem, aperuit sensum ut videant et legem intelligant. De his post suum corpus commendatum venturo commendat unitatem ecclesie et predicari in nomine eius.

Oportebat ut ministri qui penitentiam et remissionem peccatorum erant in omnibus gentibus predicaturi ab Ierusalem inciperent. Non solum quia illi credita sunt eloquia dei et quia eorum adoptio filiorum et gloria et testamentum et legislatio, sed ideo etiam ut gentes variis erroribus et facinoribus implicite manifeste iudicio pietatis divine adventus spe provocentur quia eis qui filium dei crucifixerunt venia relaxatur.

Postquam discipulos de virtute predicationis perfecte instruxit cum repente sine vellet eos possibus relocare distulit dicens: vos autem s. m. r. ut exemplum daret. Ut in perfecti ante tempus predicare presumant in civitate

lo 21 A.

extius euangelium: ut cum divina virtute perfecte fuerint induti tunc qui a se ipso foras exeant alios confirmaturi.

Lucas qui sacerdotium Christi amplius exponendo suscepit, ab initio euangelii sui ministerio templi per sacerdotium Zacharie cepit hic in templi devotione complevit; quia apostolos ibi ministros novi sacerdotii futuros non in victimarum sanguine sed in laude dei et benedictione conclu-dit.

(quia ut sufficiant ad testandum in tantum) Et ego mittam promissum (id est vos auxilium et spiritus sancti) patris mei in vos. Vos autem (in vos) in civitate sedete quoadusque induamini virtute ex alto. Eduxit autem eos foras in Bethaniam, et elevatis manibus suis, benedixit eis. Et factum est dum benediceret illis, recessit ab eis, et ferebatur in celum. Et ipsi adorantes (Et ubi per missionem prius visum sunt expectare, et quod dominum per triumphum resurrectionis et celos vident penetrare.) regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno. Et erant semper in templo laudantes et benedicentes deum. amen.

Ut vulgo dicitur laudum devotionem promissum spiritus sancti adventum paratis per omnia cordibus expectent. Et nos civitatem in Ierusalem, id est visione pacis, passionis et resurrectionis sollempnia domino ducente petamus Bethaniam ut mente quieta corporis et sanguinis eius sacramentis imbuamur. Domus obedientie esse curemus. Et sic benedictione eius cotidiana sublimati condie triumphalis memores laudantes et benedicentes deum in templum, id est in superna pacis visione quiescimus similes hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis.

Finito libro reddatur cena magistro. Qui scripsit carmen sit benedictus amen. Amen. Amen. Amen. Amen.

Hic est iohannes euangelista unus ex discipulis dei qui uirgo a deo electus est quem de nuptiis uolentem nubere uocauit deus. cui uirginitatis in hoc duplex testimonium datur in euangelio. quod et pre ceteris dilectus a deo dicitur. et huic matrem suam pendens in cruce commendauit deus ut uirginem uirgo seruaret. Denique manifestans in euangelio quod erat ipse incorruptibilis uerbi opus inchoans solus uerbum carnem factum esse. nec lumen a tenebris comprehensum esse testatur. primum signum ponens quod in nuptiis fecit dominus ostendens quod ipse erat ut legentibus demonstraret quod ubi dominus inuitatus est deficere nuptiarum uinum debeat. ut et ueteribus inmutatis noua omnia que a christo instituuntur appareant.

Attemptationibus christi que fuere post baptismum eius usque quo iohannes fuit in carcere id est fuit per annum quod preterea anni initio historia non fuit missus in carcerem.

Vinum aliud est nuptiale aliud spirituale. nuptiale uinum ad litteram possumus dicere uinum quod defecerat ubi ubi mater eius dixit. uinum non habent. uinum spirituale ad litteram possumus dicere illud quod te ac sub scriptum est spiritualiter.

Aug. Omnibus diuine scripture paginis euangelium excellit. quod enim lex et prophete futurum predixerunt hoc completum ostendit euangelium. inter ipsos autem euangeliorum scriptores iohannes eminet in diuinorum misteriorum profunditate. qui post tempora dominice passionis et ascensionis per annos lxv. uerbum dei absque amminiculo scribendi usque ad ultima domiciani predicauit tempora. sed occiso domiciano cum permittente nerua de exilio redisset ephesum compulsus ab episcopis asie de coeterna patri diuinitate filii scripsit aduersus hereticos qui eo absente in eius ecclesiam irruperant. qui christum ante mariam fuisse negabant. unde merito in figura iiii. animalium aquile uolanti comparatur que uolat altius ceteris auibus et solis radios irreuerberatis luminibus aspicit. ceteri uero euangeliste qui christi temporalem natiuitatem et temporalia eius facta que gessit in homine sufficienter exponunt et de diuinitate pauca dixerunt cum animalibus gressibilibus qui cum domino ambulant in terra. hic et pauca de temporalibus eius gestis edisserens sed diuinitatis potentiam sublimius contemplans cum domino ad celum uolat. qui etiam super pectus domini in cena recubuit celestis haustum sapientie ceteris excellentius de ipso dominici pectoris fonte potauit. legerat siquidem trium euangelistarum euangelia et approbauerat fidem eorum et ueritatem in quibus uidit deesse aliqua gestarum rerum historie et ea maxime que dominus gessit primo predicationis sue tempore scilicet antequam iohannes baptista clauderetur in carcere. hec igitur quasi obmissa ab aliis scribit iohannes que fecit iesus antequam iohannes traderetur. sed maxime diuinitatem christi et misterium trinitatis commendare curauit. et

irreuerberatis

temporalia

[mini]strantur appareant. Hic est evangelium scripsit in Asia postea quam in Pathmos insula apocalypsim scripserat, ut cui in principio canonis incorruptibile principium notatur, ei etiam incorruptibilis finis per virginem in apocalypsi redderetur dicente Christo: Ego sum alpha et omega. Et hic est qui sciens supervenisse diem recessus sui, convocatis discipulis suis in Epheso per multa signorum experimenta promens Christum descendens in

siquidem alii evangeliste dicta et facta domini temporalia que ad formandos mores mores vite presentis maxime valent copiosius prosecuti circa activam vitam sunt versati in qua laboratur ut cor mundetur ad videndum deum. Iohannes vero pauca domini facta dicit, verba vero domini que trinitatis unitatem et vite eterne felicitatem insinuant diligentius conscribit et sic contemplativa vita virtute commendata intentionem suam et predicationem tenuit in qua contemplativa vacatur ut deus videatur. Iste siquidem Iohannes est quem dominus de fluctivaga nuptiarum tempestate vocavit cui et matrem virginem virgini commendavit.

Iohannes interpretatur gratia dei. Sibi enim data est gratia cui donatum est, ut theologorum donatum est ita abscondita summo verbi penetrare mysteria et sic humanis mentibus intimare.

Verbi. Contra eos qui Christum temporalem et naturaliter dicebant, Christum non semper fuisse sic incipit de eternitate verbi dicens: In principio erat verbum. Verbum dicitur ut quod per se fertur et mittitur ut cum dicitur deus vel aliquid huiusmodi vel cognitio seu conceptio mentis quod deterrentur nata cum ipsa mente permanet, ut cum cogitas verbi divinam substantiam vel aliam rem hac similitudine verbum et sapientia dei qui ex deo nata omnia comprehendit verbum dicitur. Hoc dicit ut in principio erat contra eos qui Christum ex tempore dicunt natum ex virgine dicunt non semper fuisse in principio, id est in patre cuius est principium non de principio. Ipse cum eo est principium de principio. Unde solo notatur eternitas verbi quod omnia precedit. Sed contra alios dicebant quod verbum esset aliquando est pater, aliquando est filius, aliquando est spiritus sanctus. Unde alterius notatur in persona subditur: et verbum erat apud deum, ut aliud apud aliud. Sed contra alios contendebant et semper talem fuisse verbum dominum esse subdit: et deus erat verbum. Sed contra itaque

principium quod defecit nuptiarum possunt legem coniugii intelligere quam ante adventum Christi fere ab omnibus custodire debebat. Certe dicebatur: crescite et multiplicamini. Et tales quoniam parie-bant magno obprobrio custodiebantur. Sed veniente Christo iam in quibusdam cepit vinum illud deficere et aliud vinum, scilicet virginitatis esse. Sicut in Maria, Iohanne, Stephano et aliis multis. Unde dicitur vinum coniugale ipsa lex coniugii quia sicut vinum inebriat hominem et alienat sive mentis eum expertem sic lex coniugii alienat hominem ab hiis que dei sunt et sollicitum eum facit circa mundanas res quibus et coniugem et filios nutrire curat. Castitas dicitur vinum spirituale quia sicut vinum facit scilicet istud facit deo quia facit post-ponere mundana et celestibus inhiare. Et ideo in parte posuit hoc ut demonstraret quod ubi dominus vel Christus est invitatus, id est in mentibus illorum ad quos invitatus venit vinum nuptiarum, id est vetus consuetudinis deficeat de fide et virtutibus invitatus, id est diminuitur omnia appareant nova que a Christo constituuntur.

3.

defossum sepulture sue locum facta oratione posuisset ad patres suos tam extraneus a dolore mortis quam a corruptione carnis invenitur alienus. tamen post omnes scripsit evangelium. et hoc virgini debebatur. quorum tamen vel scriptorum temporis dispositio vel librorum ordinatio. ideo a nobis per singula non exponitur ut scienti desiderio collocato et querentibus fructus laboris et deo magisterii doctrina servetur.

[gloss:] ... ut ex hominibus fiunt dii ... addit hic idem verbum erat apud deum in principio ... filii de operatione ... sive in substantia sive in alia naturali ... auctor bonorum ... non est auctor malorum ... ipsa voluntas et ratio et sapientia dei videtur esse mutabilis addit quod ... mutabile erat vivens et permanet in ipso ... illa prius facta perierunt ... creatura non est creatori coeterna ... hec est vita id est sapientia dei ... lux ... et tenebre ... nebre possent comprehendere ... verbum caro factum ... [illegible]

... dicendo id est gratiando ... omnia cavit verbum dei ... per singula

In principio id est in patre qui est principium sine principio filius qui est principium de principio ... principio omnium creaturarum ... ipso omnia habent principium existendi.

In principio omnium creaturarum vel temporum id est cum inciperent omnes creature vel tempora iam erat verbum.

[Alii evangeliste describunt Christum] natum ex tempore. Iohannes affirmat eum fuisse in patre ut in principio ... filius ... alia persona a patre una substantia cum patre.

Et verbum aliud ut homines subito ...

Sed substantivum verbum duplicem habet significationem ... temporales motus ... analogiam ... temporali motu ... substantivum ... in principio erat verbum ... pro tempore ...

In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus

... a persona ... dicatur esse ... filius erat ... erat deus.

PRIMUM CAP[ITULUM]

a

In .z. causa ... unitatis Christi.

apparuisse. iohannes dicit apud deum. semper fuisse alium hominem iohannes in verum asserit, dicens. et deus erat verbum. alium unum hominem inter homines tempore pateat. consilium iohannes apud deum manentem dicit hoc erat in principio apud deum. alium dicit miracula que fecit in mundo iohannes omnia per ipsum facta testatur. omnia per ipsum facta sunt. ecce actor bonorum sed in ipso factum est nichil non est actor malorum.

Quare post erat substantivum verbum ut intelligas omnia tempora preve nisse coeternum patri verbum.

Illa que sunt per ipsum facta sunt illa que sunt. que a natura tempora non recedere. id est que concordant omnipotencie divini numinis.

Aug. si audis mutabilem creaturam per filium factam tum inde credas non mutabilem per voluntatem. quia non subito aliquid voluit facere. sed omnia ab eterno fecit quia tamen temporaliter fecit quia in sapientia immutabili est tuistere non potest.

Postquam sublimi volatu ultra omnem naturam in gratitudine theologie ascendit. quia verbum semper apud patrem fuisse contemplatur et modo ad humilitatem humane nature respectus per cursum ubi descendit et glorie qui dirigunt humanam naturam in primo parente ex toto perditam et ad nichillum redactam. ita ut irreparabilis esset.

Omnis homo dicitur illa natura in homine que ad ymaginem et similitudinem dei facta est alia omnia que sunt in homine

sicut erat unum cum patre ita omnia per verbum
erat verbum. Hoc
ipsum creatura sua per ipsum essencia.
erat in principio apud
et omnis creatura, invisibilis omnis forma omnis ymago omnis concordia per verbum.
deum. Omnia per ipsum
nulla res sub sistens sine ipso
facta sunt et sine ipso
non facta. Aug. non est creata per quod omnis creata facta est. et nunc. et in spiritu
factum est nichil.
ut factoris vocem semper impleret et vivit. et hoc vita. id est sapientia dei et cum
Quod factum est in
aliorum vero
ipso vita erat et vita erat lux hominum
et tamen in tenebris non cernebatur. quorum vero tene
et lux in tenebris lucet. et tenebre eam non
bre comprehenderunt
comprehenderunt. **Fuit homo**
et precursor humanitatem ubi dicunt non ab homine impositum sed a deo qui substantialiter datum. et non ab hominibus quia post deum deservivit et agens libera voluntate. et cur missus sit
missus a deo cui nomen erat iohannes.
missus est hic venit in testimonium. et iohannes. id est gratia quorum agens hic. et gratiam predicat. et agens libera voluntate. et curare. et cuius
hic venit in testimonium ut testimo
vel causa nominum ubi imitatur de lumine. et id est de christo nato. et quod iste erat. et lumen christum. et testificante. et magnus quidem iste non tamen ex se
nium perhiberet de lumine ut omnes cre
lucens sed tamen sed lux illuminata. et vera. et missus
derent per illum. non erat ille lux sed
et id est lux vero. et vera quia non vera lux est
ut testimonium perhiberet de lumine. e
quod non ex se sed aliunde lucet. et deo. et causa christi. et vere ipsum iohannem. et non quod omnem sed quia nullus sine illo illuminatur.
rat lux vera que illuminat omnem ho
et id est qui a deo recedens et cadens in mundo erat est alioquin non indiget illuminari. et presenti dicunt.
minem venientem in hunc mundum.
et hic lux. et non ut pars eius sed ut factor omnibus est tamen in sui suis regens
in mundo erat et mundus per ipsum fact

Verbum in plenum sed semper apud eum manens. scilicet sapientia quam prius de condidit omnia sciebat et esse invisibilis et

Malum non est factum per ipsum nec ydolum quod nichil sunt nulla sua natura sub sistunt.

Faber archam prius facit in mente et post in opere. et in mente vivit cum archa que fit muta est in opere.

Homo non angelus ut hereci volunt missus a deo potuit dicere de deo.

qui fecit cetera. i. dilectores mundi. s. per omnem sensum et intellectum diui
erat. et mundus eum non cognouit. in p
na lux excedit. i. in mundo qui suus est sic terra sua vel in humana na
turam. i. xpc per carnem. s. per fidem.
pria uenit et sui eum non receperunt. quot
i. quot quot receperunt eum per fidem
siue iudei siue gentiles. s. per fidem.
quot autem receperunt
i. in hac gratia. s. non tamen per formam.
eum dedit eis pote

Sin non rece. non quia nulli est aliquando quot quot rece perunt eum.

Ab initio mundi nullum tempus erat in quo rece ptores diuini uerbi non essent. unde addit quot quot. s. r. e.

Et mundus non quia mundi crea tura non cognouit sed homo qui in mundo mente amando descendit. per mundus tota creatura dicebatur.

Vt sint fratres eius et co-he redes per gratiam. sicut ipse filius uni genitus per naturam ut ita non sit solus.

Mundus eum non cogno uit et c. quia omnis creatura. an geli et elementa suum cre atorem cognouerunt. sed ho mo minime.

s. per spiritum. i. adoptiuos.
statem filios dei fie
s. i. s. dominum esse et hominem.
ri his qui credunt in
nomine eius. qui
s. pluraliter dicit ut significet ma
ris et femine ~~natum~~ materia. s. ex
materia uiri sit homo.
non ex sanguinibus
s. concupiscentia. s. h. ii. d. r. sexus qui regit. s. homines ex deo et deus
neque ex uoluntate ~~carnis~~ carnis. neque ex uo
ri. s. operante. s. per baptismum. s. i. filius dei. ex homine.
luntate uiri sed ex deo nati sunt. et uerbum
s. hunc inuenimus in deo. s. cognouimus
s. i. homo. s. per sacramentum hec. s. esse deum
caro factum est et habitauit in nobis
glorificatum. s. nos scilicet elegit.
et uidimus gloriam eius gloriam quasi uni
s. non ut aliquis sed. s. uidimus. s. vel gratie secundum humanitatem uni
geniti a patre plenum gratie et ueritatis.
tas secundum diuinitatem. s. ipsa. s. uerbum caro factum. ioh. est per inuisibilem ei testat
id ipsum. i. celsitudine humanitatis et diuinitatis cum ueritate. s. xpc. s. ap
te non obscuro. ~ ut lex.
Iohannes testimonium perhibet de ipso et

inferiores partes sunt homines et quidam
in eis homines sunt. in illa. s. in
anima superiori uelut in quodam mun
do superiori uia lux lucet. et in illum
mundum uenientes per gratiam renas
centes illuminat quorum uita. et
conuersatio in celis est. quasi in alio
mundo sunt.

homines
Quicumque homines per certum iudicio
omnibus pertulit eius cognati.

Per adoptionem quia ipse semper est per naturam.

Mirabilis potestas est. ut qui filii di abolii erant filii dei et fratres xpi per eum liberati dicantur. | per adoptionem

Quo et ordine filii dei fiant. et quo modo hec generatio differt a carnali. subdit. qui non ex sanguinibus.

Nati sunt. ut et secure credant homines nasci ex deo. subdit deum nasci ex homine. ex hac. s. susceptione infirmitatis carnis nostra infirmi tas ut possit unius dei uel filii fi eri. dei hoc est et uerbum caro factum est quia superius erat in inferius descendit. quia uni uersum sicut in filius erat in deo quia superius est ascendit.

Gloriam eius et maiestatem eius per humanitatem in qua docuit et miracula fecit. in qua transfiguratus est et surrexit.

Homo xpc plenus gratia fuit quia nul lis precedentibus meritis ex tunc acceptus est fuit deitas in eo implens ho minem illum omni plenitudine et diuinitate in omnes suos. unde in ur

Sua. 6. pt doz. e. 43. b. i aductu

eius non tantum dicitur. unde Ysaias: sed immanuel dicitur. nec mirum si dicitur homo sed deus cum deus dicitur sed homo. hec autem gratia et veritas. quia sic olim promissum est et modo exhibitum est. scilicet ut deus sit in homine implens eum omni bono et per eum suos.

Hic per demonstrationem pronominis innuit Christum affuisse in illo loco. sepe ipse enim dominus adhuc ignotus antequam baptizaretur predicaret ad Iohannem solitus erat venire. quia tota vita Iohannis Christi ostensio fuit.

Ergo coram me factus est. id est apparuit michi quidem. scilicet quia prior me erat.

Que sit summa gratie et veritatis breviter subdit. scilicet cognitio ipsius trinitatis. unde hec est vita eterna ut cognoscant te verum deum et quem misisti Ihesum Christum qui in hac vita non plene est. quia nemo in carne vidit deum ut est. unde nec ipse Moyses vidit per verum deum sed data gratia sicut ipse postea visa inter ipso dixit ostende michi te ipsum. sed filius qui est in secreto patris narravit. quia nemo novit patrem nisi filius et cui filius voluit revelare. ipse narrat suis quid de trinitate sentiendum sit quomodo ad eam perveniendum et ad ipsam introducit.

Et hoc est testimonia sequentia Iohannis exhibita sunt post baptizatum Christum cum iam fore veniret in unitate duplicis quibus suis testimoniis

ad eum mittunt

Deum nemo. id est nemo purus homo

clamat dicens.

ab eterno. vobis qui dubitatis an ipse est Christus. quod dixi tunc dico. quia et si post me natus et post me est predicaturus moriturus. id est in prescientia est et in humana natura. cuius. et dignitate dixi.

Hic erat quem dixi, qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes

gratiam pro gratia in acceptione donata. gratia simpliciter que non est virtutum. sed ea est illa opera virtutis in nobis cessumus. et tunc datur gratia pro gratia priori.

accepimus et gratiam

vero abera accepimus quia lex que mala non tollit sed ostendit

pro gratia. Quia lex per Moysen

et reos convincat ut humiliet se medico. per Moysen servum

data est, gratia

unum per mittiano per Ihesum dominum

autem et veritas per Ie

salutis impletio. sed gratia qui sit salus hominum ut erat per

sum Christum facta est.

missa data est quia duos mittantur

Deum nemo vidit

nullus homo. quia nec Moyses. sed

umquam: unigeni

tus filius, qui est

secreto deum novit. fidelibus.

in sinu patris, ipse

id est eum.

enarravit. Et hoc

est testimonium

Per Moysen non est gratia nec per ipsum Iohannem. et hoc est declaratur se non esse Christum.

Et de plenitudine eius ex proprio testimonio precursoris redit evangelista ad ecce testimonium assertionis qui cum supra est certo: vidimus gloriam plenum gratie et veritatis et de plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam ut in ipsum credamus et veritatem quia illum intelligimus.

Augustinus: non solum gratiam qua placet gratis datam sed munere. ut per fidem qui per dilectionem operatur ex qua iustus vivit sed pro ista gratiam. id est beatitudinem eternam qui immerces iustitie dicitur et eterna gratia quia maximum

ex gratia.

Deum nemo vidit. unum quod legitur deus apparuisse hominibus sunt in subiectam creaturam per hiis visionibus intelligendum est. visione enim prophetarum quedam spiritualiter creatura facte sunt quibus deum vidisse perhibentur.

Enarravit. id est permanifestationem sue incarnationis deum invisibilem demonstravit.

Testimonium quia hoc ipse ostenderit Christus occultus quia humilis, ut posset sperni et occidi ut redimeret mundum.

Putabam ut dicit ysidorus eē
xp̄m qui in lege p̄mittebatur. alii putabant eum eē
helyam p̄p̄h̄am ut iudeam. alii
ieremiam vel aliquē ex antiquis
patribus resurrexisse. Ihs
autē interrogauit eos dicens
quē me dicunt homines eē
filium hominis. Ipse autē
dilector⁹ repromissionē
duricissimā fuisse iudee
gentis alii dicebant eū eē
unū de p̄p̄his reliquis ut
p̄p̄he grām.

Ordo uerborum est
Tu negasti quē misericordiam.

Confessus est ut p̄ea dicē
q̄ nō erat. Et negauit
q̄ erat. i. p̄cursor ut post
interrogatus dicit. uox. cla-
mantis. Et cetera.

Corpe q̄ dūs spūalit
te eo dicit. helyas. i. spū
sanctus.

Non sū p̄p̄ha. q̄ p̄ius
q̄ p̄p̄ha. Et sū unus de illis
p̄p̄his de q̄b⁹ me ē p̄mat
dictus.

Audiuit de xp̄o te dep̄
cante. Et dere ipō nichil ma
ligne sentiens asserit.

Ysaias hoc de iohe p̄p̄ha
uit. ego uox clamantis
in d̄ūi uerbū sonat. i. p̄p̄ha
iohēs uox est uocis p̄sen
tis uox est uocē p̄sen
tē animā aīe. i. intellectū
omnium. Et filius dei. iohēs
q̄ uox ē in deserto p̄clamans
aliquē q̄ primū mūdo

Et uidentes illi erant de phar
Et interrogauerunt eum. et dixerunt ei
quid ergo baptizas si tu non es xp̄s neq; helyas neq; p̄ph̄a

Respondit eis iohēs dicens. ego baptizo in aqua
medius autem vestrum stetit quem vos nescitis

Ipse est qui post me venturus est ante me factus est
cui ego non sum dignus ut soluam corrigiam calciamenti eius

Hec in bethania facta sunt trans iordanem ubi erat iohēs baptizans

Sequenti die vidit iohēs ihm venientem ad se et ait

Ecce agnus dei ecce qui tollit peccatum mundi

Hic est de quo dixi post me venit vir qui ante me factus est quia prior me erat

Et ego nesciebam eum sed ut manifestetur in israhel propterea ego veni in aqua baptizans

Et testimonium perhibuit iohēs dicens quia vidi spiritum descendentem quasi columbam de celo et mansit super eum

Et ego nesciebam eum sed qui misit me baptizare in aqua ille mihi dixit super quem videris spiritum descendentem et manentem super eum hic est qui baptizat in spiritu sancto

Et ego vidi et testimonium perhibui quia hic est filius dei

Iterum altera die stabat iohēs et ex discipulis eius duo

Et respiciens iohēs ihm ambulantem dicit ecce agnus dei

Et audierunt eum duo discipuli loquentem et secuti sunt ihm

Conversus autem ihs et videns eos sequentes dicit eis quid quaritis

Qui dixerunt ei rabbi quod dicitur interpretatum magister ubi habitas

Dicit eis venite et videte. Venerunt et viderunt ubi maneret apud eum manserunt autem die illo

hora erat quasi decima

Erat andreas frater simonis petri unus ex duobus qui audierant a iohāne et secuti fuerant ihm

Invenit hic primum simonem fratrem suum et dicit ei invenimus messiam quod est interpretatum christus

Et adduxit eum ad ihm intuitus autem eum ihs dixit tu es simon filius iohānis tu vocaberis cephas quod interpretatur petrus

In crastinum voluit exire in galileam et invenit philippum et dicit ei ihs sequere me

Erat autem philippus a bethsaida de civitate andree et petri

Invenit philippus nathanahel et dicit ei quem scripsit moyses in lege et prophete invenimus ihm filium ioseph a nazareth

Et dixit ei nathanahel a nazareth potest aliquid boni esse dicit ei philippus veni et vide

Vidit ihs nathanahel venientem ad se et dicit de eo ecce vere israhelita in quo dolus non est

Dicit ei nathanahel unde me nosti respondit ihs et dixit ei priusquam te philippus vocaret cum esses sub ficu vidi te

Respondit nathanahel et dixit ei rabbi tu es filius dei tu es rex israhel

Respondit ihs et dixit ei quia dixi tibi vidi te sub ficu credis amplius videbis maius hoc

Et dicit ei amen amen dico vobis videbitis celum apertum et angelos dei ascendentes et descendentes super filium hominis

Et tertia die nupcie facte sunt in cana galilee et erat mater ihu ibi

Vocatus autem et ihs et discipuli eius ad nupcias

Et deficiente vino dicit mater ihu ad filium vinum non habent

Et dicit ei ihs quid mihi et tibi mulier nondum venit hora mea

Dicit mater eius ministris quodcumque dixerit vobis facite

Erant autem ibi lapidee hydrie sex posite secundum purificationem iudeorum capientes singule metretas binas vel ternas

Dicit eis ihs implete hydrias aqua et impleverunt eas usque ad summum

Et dicit eis ihs modo haurite et ferte architriclino et tulerunt

Ut autem gustavit architriclinus aquam vinum factum et non sciebat unde esset ministri autem sciebant qui hauserant aquam vocat sponsum architriclinus

Et dicit ei omnis homo primum bonum vinum ponit et cum inebriati fuerint tunc id quod deterius est tu autem servasti bonum vinum usque adhuc

Hoc fecit principium signorum ihs in cana galilee et manifestavit gloriam suam et credidit in eum discipuli eius

Post hoc descendit capharnaum ipse et mater eius et fratres eius et discipuli eius et ibi manserunt non multis diebus

Et prope erat pascha iudeorum et ascendit ihs hierosolimam

Et invenit in templo vendentes boves et oves et columbas et numularios sedentes

Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis omnes eiecit de templo oves quoque et boves et nummulariorum effudit es et mensas eorum subvertit

Et his qui columbas vendebant dixit auferte hinc nolite facere domum patris mei domum negotiationis

Recordati sunt discipuli eius quia scriptum est zelus domus tue comedit me

Et dicit ei ihs quod signum ostendis nobis quia hec facis

Respondit ihs et dixit eis solvite templum hoc et in tribus diebus excitabo illud

Dixerunt ergo iudei quadraginta et sex annis edificatum est templum hoc et tu in tribus diebus excitabis illud

Ille autem dicebat de templo corporis sui

Cum ergo resurrexisset a mortuis recordati sunt discipuli eius quia hoc dicebat et crediderunt scripture et sermoni quem dixit ihs

Cum autem esset ihs hierosolimis in pascha die festo multi crediderunt in nomine eius videntes signa eius que faciebat

Ipse autem ihs non credebat semetipsum eis eo quod ipse nosset omnes

Et quia non opus habuit ut quis testimonium perhibeat de homine ipse enim sciebat quid esset in homine

Erat autem homo ex phariseis nichodemus nomine princeps iudeorum

Hic venit ad ihm nocte et dixit ei rabbi scimus quia a deo venisti magister nemo enim hec signa potest facere que tu facis nisi fuerit deus cum eo

Respondit ihs et dixit ei amen amen dico tibi nisi quis natus fuerit denuo non potest videre regnum dei

Dicit ad eum nichodemus quomodo potest homo nasci cum senex sit numquid potest in ventrem matris sue iterato introire et renasci

Respondit ihs amen amen dico tibi nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum dei

Quod natum est ex carne caro est et quod natum est ex spiritu spiritus est

Non mireris quia dixi tibi oportet vos nasci denuo

Spiritus ubi vult spirat et vocem eius audis sed nescis unde veniat aut quo vadat sic est omnis qui natus est ex spiritu

Respondit nichodemus et dixit ei quomodo possunt hec fieri

Respondit ihs et dixit ei tu es magister israhel et hec ignoras

Amen amen dico tibi quia quod scimus loquimur et quod vidimus testamur et testimonium nostrum non accipitis

Si terrena dixi vobis et non creditis quomodo si dixero vobis celestia credetis

Et nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo

Et sicut moyses exaltavit serpentem in deserto ita exaltari oportet filium hominis

Ut omnis qui credit in ipso non pereat sed habeat vitam eternam

Sic enim deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret ut omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam eternam

Non enim misit deus filium suum in mundum ut iudicet mundum sed ut salvetur mundus per ipsum

Qui credit in eum non iudicatur qui autem non credit iam iudicatus est quia non credit in nomine unigeniti filii dei

Hoc autem est iudicium quia lux venit in mundum et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem erant enim eorum mala opera

Omnis enim qui male agit odit lucem et non venit ad lucem ut non arguantur opera eius mala sunt

Qui autem facit veritatem venit ad lucem ut manifestentur opera eius quia in deo sunt facta

Post hec venit ihs et discipuli eius in iudeam terram et illic demorabatur cum eis et baptizabat

Erat autem iohēs baptizans in enon iuxta salim quia aque multe erant ibi et venerunt et baptizabantur

Nondum enim missus fuerat iohēs in carcerem

Facta est ergo questio ex discipulis iohānis cum iudeo de purificatione

Et venerunt ad iohēm et dixerunt ei rabbi qui erat tecum trans iordanem cui tu testimonium perhibuisti ecce hic baptizat et omnes venient ad eum

Respondit iohēs et dixit non potest homo accipere quicquam nisi fuerit ei datum de celo

Ipsi enim vos testimonium perhibetis mihi quia dixi non sum ego xp̄s sed quia missus sum ante illum

Qui habet sponsam sponsus est amicus autem sponsi qui stat et audit eum gaudio gaudet propter vocem sponsi hoc gaudium meum impletum est

Illum oportet crescere me autem minui

Qui de sursum venit super omnes est qui autem de terra est de terra est et de terra loquitur qui de celo venit super omnes est

Et quod vidit et audivit hoc testatur et testimonium eius nemo accipit

Qui autem accepit eius testimonium signavit quia deus verax est

Quem enim misit deus verba dei loquitur non enim ad mensuram dat deus spiritum

Pater autem diligit filium et omnia dedit in manu eius

Qui credit in filium habet vitam eternam qui autem incredulus est filio non videbit vitam sed ira dei manet super eum

Cognovit ergo ihs quia audierunt pharisei quod ihs plures discipulos facit et baptizat quam iohēs

Quamvis ihs non baptizaret sed discipuli eius

Reliquit iudeam et abiit iterum in galileam

Oportebat autem eum transire per samariam

Venit ergo in civitatem samarie que dicitur sichar iuxta predium quod dedit iacob ioseph filio suo

Erat autem ibi fons iacob ihs ergo fatigatus ex itinere sedebat sic super fontem hora erat quasi sexta

Venit mulier de samaria haurire aquam dicit ei ihs da mihi bibere

Discipuli enim eius abierant in civitatem ut cibos emerent

Dicit ergo ei mulier samaritana quomodo tu iudeus cum bibere a me poscas que sum mulier samaritana quomodo dicis mihi da bibere iudei enim non utuntur samaritanis vasis

Respondit ihs et dixit ei si scires donum dei et quis est qui dicit tibi da mihi bibere tu forsitan petisses ab eo et dedisset tibi aquam vivam

Dicit ei mulier domine neque in quo haurias habes et puteus altus est unde ergo habes aquam vivam

Numquid tu maior es patre nostro iacob qui dedit nobis puteum et ipse ex eo bibit et filii eius et pecora eius

Respondit ihs et dixit ei omnis qui bibit ex aqua hac sitiet iterum qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in eternum

Sed aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam

Dicit ad eum mulier domine da mihi hanc aquam ut non sitiam neque veniam hic haurire

Dicit ei ihs vade vocā virum tuum et veni huc

Respondit mulier et dixit non habeo virum dicit ei ihs bene dixisti non habeo virum

Quinque enim viros habuisti et nunc quem habes non est tuus vir hoc vere dixisti

Dicit ei mulier domine video quia propheta es tu

Patres nostri in monte hoc adorabant et vos dicitis quia iherosolimis est locus ubi adorare oportet

Dicit ei ihs mulier crede mihi quia venit hora quando neque in monte hoc neque in iherosolimis adorabitis patrem

Vos adoratis quod nescitis nos adoramus quod scimus quia salus ex iudeis est

Sed venit hora et nunc est quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate nam et pater tales querit qui adorent eum

Spiritus est deus et eos qui adorant eum in spiritu et veritate oportet adorare

Dicit ei mulier scio quia messias venit qui dicitur christus cum ergo venerit ille nobis annuntiabit omnia

Dicit ei ihs ego sum qui loquor tecum

Et continuo venerunt discipuli eius et mirabantur quia cum muliere loquebatur nemo tamen dixit quid petis aut quid loqueris cum ea

Reliquit ergo hydriam suam mulier et abiit in civitatem et dicit illis hominibus

Venite et videte hominem qui dixit mihi omnia quecumque feci numquid ipse est christus

Exierunt ergo de civitate et venerunt ad eum

Interea rogabant eum discipuli dicentes rabbi manduca

Ipse autem dixit eis ego cibum habeo manducare quem vos nescitis

Dicebant ergo discipuli ad invicem numquid aliquis attulit ei manducare

Dicit eis ihs meus cibus est ut faciam voluntatem eius qui misit me ut perficiam opus eius

Nonne vos dicitis quia adhuc quatuor menses sunt et messis venit ecce dico vobis levate oculos vestros et videte regiones quia albe sunt iam ad messem

Et qui metit mercedem accipit et congregat fructum in vitam eternam ut et qui seminat simul gaudeat et qui metit

In hoc enim est verbum verum quia alius est qui seminat et alius est qui metit

Ego misi vos metere quod non vos laborastis alii laboraverunt et vos in labores eorum introistis

Ex autem illa civitate multi crediderunt in eum samaritanorum propter verbum mulieris testimonium perhibentis quia dixit mihi omnia quecumque feci

Cum venissent ergo ad illum samaritani rogabant eum ut apud eos maneret et mansit ibi duos dies

Et multo plures crediderunt propter sermonem eius

Et mulieri dicebant quia iam non propter tuam loquelam credimus ipsi enim audivimus et scimus quia hic est vere salvator mundi xp̄s

Post duos autem dies exivit inde et abiit in galileam

Ipse enim ihs testimonium perhibuit quia propheta in patria sua honorem non habet

Cum ergo venisset in galileam excepit eum galilei cum viderent omnia que fecerat hierosolimis in die festo et ipsi enim venerant ad diem festum

Venit ergo iterum in cana galilee ubi fecit aquam vinum

Et erat quidam regulus cuius filius infirmabatur capharnaum

Oves innocentes sua vellera vendentes. per has significantur opera mundicie et pietatis. que venduntur dum pro humana laude geruntur. Spiritus super christum in columba apparuit. unde per columbam spiritus sanctus accipitur. quem illi qui vendunt symoniaci sunt. nummos in mensis dant in ecclesia qui non simulate celestibus set aperte terrenis serviunt. hii omnes eiciuntur. De parte sinistra sanctorum. qui vel ficte bona. vel aperte mala faciunt. et funiculis peccatorum modo flagellat ad correctionem quibus in correcti in fine ligabuntur. oves quoque et boves eicit. quia talium vitam et doctrinam ostendit reprobam. et mensas subvertit. quia in fine ipse res etiam quas dilexerant destruentur.

Non solum vendentes columbas. set et alii domum dei faciunt negociationis. i. omnes qui querunt. que sua sunt. non que ihesu christi.

Bonus zelus est fervor animi quo mens abiecto humano timore pro defensione veritatis accenditur. eo comeditur. qui quelibet prava viderit corrigere satagit. si nequit tollerat et gemit.

Quia signum querunt. certe solita et tanta de templo eiecit. autem. solvite et cetera. quia hoc templum significat templum corporis in quo nulla est macula viciorum sicut figurale pro quo. quia illud ab impiis morte solutum divina potentia suscitavit deus.

Annis. edificatio salomonis. vii.

·3·

ficio offerunt et emunt avaricia
tes boves et oves et co
a sacerdotibus. quia non deerant p..cia
lumbas et nummula
cyrografis.
os sedentes. Et
cum fecisset quasi
flagellum de funi
culis omnes eiecit de
eiecit.
templo oves quoque et boves et nummulariorum
spirituali limo
effudit es et mensas subvertit. et his qui
mala sensibus dampnat. orantis spiritum pluviter
columbas vendebant dixit. auferte ista hinc.
vendi quia gratis est. qui aperte filium dei se dicit.
et nolite facere domum patris mei domum negoti
scilicet iudeis.
ationis. Recordati sunt vero discipuli quia scrip
quia zelo domus dei eiecit impios.
tum est. Zelus domus tue comedit me.
qui audentes in templum vendere. quia domini. quod viderunt in facie eius
Responderunt ergo iudei et dixerunt ei.
imitare.
Quod signum ostendis nobis quia hec
facis. Respondit iesus et dixit eis. Solvite
scilicet iuste rememorans. ego ad eius
templum hoc et in tribus diebus excitabo
pre. carnales carnaliter sapiebant. ille spiritualiter loquebatur
illud. Dixerunt ergo ei iudei. Quadraginta
tot enim quadraginta nobis aperte ille autem de templo corporis sui dicebat.
et sex annis edificatum est templum hoc
et in tribus diebus ex
citabis illud. Ille autem
dicebat de templo

iam per uno anno predicationis non dum iohanne incarcerato. unde hic agitur. secundo est ad passionem venit. et iterum vendentes de templo eicit.

Sicut in figurali templo quod est domus orationis prohibuit negotiationem que honesta putatur. et sic de his qui in templo offerunt aromata. quod prohibet fornicationes et cetera graviora.

Dixerunt quod a nacho loco negrete oriens clusis occidens. hartor septentrio et mesimbrion quod dies per ? littere hoc. iiii. nomina. i. alpha ...

Johes solus

Hs III

delicta. nẽ alpham. ꝛ nẽ
tur in nõie ade. qui ẽ oz
tra. ꝛ alpha significat
unũ de deitra. uñ. nẽ alpha
unũ. um. xl. ꝛ tũ simil.

corpis sui. Cũ
ergo resurrexisset a
mortuis recte dicit

Corp⁹ sui nõr

sunt discipli eius qꝛ ipse dicebat de corpore
re soluendo ꝛ ale suscitando. Sp̃l'ter q̃ p̃ dixit xp̃us tẽplũ die resur
suo ꝛ crediderunt scripture. ꝛ sermoni q̃
rexit. ꝛ hic l. soluite tẽplũ hoc ꝛ in tribus ex eruato.
dixit ihesus. Cum autem esset iero solymis
in pascha in die festo. multi crediderunt

Iudum ỹ sinagel' qꝛ ỹ cau
cabant apl̃i ỹ recõnẽ tẽ tũ
nẽ. ꝛ blanda flozi tim.
Quod sacra affligit an
cillam agar. nõ dr̃ per
secutio ti correctio. vñ ꝛ
angl'o fugientem dicit. re
uertere ꝛ humiliare sub ma
nu dñe tue. tic tom p̃t
capel ꝛ quos libet p̃ munod.
ecte excludit ꝛ alios legali
bz penis iuste affligum.

Inuenit aliquid ecc tacti
uoleum quibꝫ potestate.
p. a. ꝛ meñ sumẽdi eum.
ti qꝛ credulus in eis nouit.

Cp̃ signa.

in nomine eius u
dentes signa que fe
cerat ihs' quẽ
non credebat credere

Cvt dr̃.

ipsum eis eo quo dicit ipse nobis omnes ꝛ qui
Cua nobis ut quibꝫ quicũq; accipere ẽ scient de hoc q̃ ñ ipe bñ de se.
a opus ei non erat. Vt quis testimonium

Cpl. Calio. Cp̃ste.

perhiberet de homine. ipse enim sciebat
Cd̃ dñm resurrectionẽ p̃ hab
quid esset in homine. Erat autem
alius diuisi.
homo ex phariseis nichodemus nomine

Cunus ex principibꝫ.

princeps iudeorum
Cihs' ut ne nebis ñ lux qñ ñra
hic uenit ad ihm
Cadduc.
nocte ꝛ dixit ei. Rab

annus pascha est. ꝛ reddit sacrificio
subzozo uel ipe duentibꝫ mupi
cal. cũ gnia ꝛ vi. annis. hic nũl
euenit p testimoniũ dñi corpis. qꝛ
dñm physicũ. non dubitz corpa
humana p̃ficere corpis. hinũl
in unũ nõis ade in uenitur. cui
nomẽ ex quinq; p̃mis unis chria
nis ꝛ stat q̃ unũ significant adam
disp̃sum p. iiii. p̃tes mũdi. qui ñ
ius simil. hoc nũo corp̃ xi ex ẽ adam
cum dicit soluite tẽplũ hoc. sicut
illi dr̃. tra est unitas ihs. unde ex
actus ỹ edificat. ut significet illũ
ihm ada qui disp̃sus erat colligẽ
dum ee de iiii quinq; ptibz mũdi
in unũ corp̃ xi ex ẽ ecc. vñ dr̃ ebr
tos ee congregatos a quinq; ventis.

Conuenerat adhuc ut iubilz lig
nis plẽ ꝛ uerere ꝛ ex aliqui sol
signis mon credebant in eum
ue quide. ti tñ tua. ut possent pa
ssione ne ei scandalizari ꝛ ex ñ
erant venturi ex q̃ ipsu ñ erant
digni quibz se crederet ihs ꝛ famuli
ait cohortant. sciebat enim ad
ecc ini illus. melꝰ ẽ ipe ho de se. h
fidel ꝛ uenit cathecuminus ad ee
dicat in hm. ti ex ñ sunt venari.
ñ credit ecclie xpe. ꝛ minus corpis
ꝛ sanguis ei. Tertullz erat nichy
demus ad credendũ duc eũ adeo ne
misse p̃ signũ que uidat. ti ñ dum
venit erat. ñ nocte uenit nõ
die. ex nõ d illum magnus celesti

Cluminẽ.

Nichodemus ẽ signa cathecu
menoz qui fide hñt ti ñ d rap
tz ad quẽ in quadam nocte sa
cramentoz accedunt ꝛ ẽ forma
coz qui p̃ fide credunt. ti tñ lu

Hic erat unus ex his qui
p signa crediderunt. nichy
demus in doctoria p̃ti ꝛ nichy
demus gestans signũ omnium
qui ex iudeis ad xp̃m ñr̃m

2.

Cq

CIII

A

Cq

Cin octaua pch̃. sc̃ in epalcti
conc ꝛ in cconc sc̃e ctis.

cem ꝑ factoꝝ ōpm. ū d'hīt mūi
vel cerneliū cognouim. v'acho
mū uel d' infideliū uidoz imperū.
fide sola collo quō xp̄i fiuerit
homo opm fiduciam ñ habuerit.

Dolute forsan ō cr. magr' in
ulrl. prelatum duc ecclesiar. l'ꝑ me
di uidoz h̄ cr prudent' aptꝰ sig
nificant. plenꝰ fidei multa re
quirit. & ō uidet dicere d' quare
ꝑ xp̄i incarn natiuitate de pal
sione & resurrectione. & ascensi
one. de sedā gr̄ationē & regressu
regni celoz & aliis p̄tinentib' ñ est.
Respondet ei ihc sic.

Dox sig̃at literam legit. ut
ignoranciam cordis l'rationem.

Quo. sedā naturalē & q̄ dicet
ihc sp̄ualē & q̄ ē ex deo ecc ad uitā
& ille solā carnē sapit. q̄ ē ex ada
& eua ad mortē & sicut carnis
vel die ihc ñ posse renasci. sic spu
alē aq̄ ostēdit & ita ñ potest dici.
ex se nisi ex. uerī sunt nam. si
ue p̄ditam siue paradisiacam.

Necessariū ē inuisibile sac
mentū aq̄ ad ablōem inuisibil'
corpis. sic ē peccata dicuntur inui
sibilia sibi ad sanctificationē
animę inuisibilis.
unde & dicit quidam. Chāt spualē natiuitatē distinguit a carna
Di. Quod natum est ex carne caro est. & quod

Cxpumo uie p carnis diuersitatē
nē carnale ē nōie carnis non
solum carnē. & forsā carnale
hoiem sig̃at sicut ꝛ dicit ihc
spualē aīam corpe ex dr.

Cad ad elegit magistrū ue
Vi scimus aliū adeo
uisse ꝛ illo dicū ee & ipm dū ge ñ d cognouit.
uenisti magister. nemo enim potest ꝑ sig
Cā uidit ī p̄dicta & ab eo. Dicit.
na facere que tu facis nisi fuerit deus cum
eo. Respondit ihc & dixit ei Amen amen dico uo

Amē amē ñ interrogatus se
Vis ut tibi nisi quis
cundā natiuitatē exponit.
renatus fuerit denuo
ne credat nisi de nouo solā
de superiū. Cī. ñ pot' me
fidē & ꝑ ea multa signa credid' ei
ihu suffice ad salutē abs
go esse quis sit rego & pal
q̄ sp̄ualē g̃rationis mysteria
pium dei. Dicit
& sacramenta.
a sē iusto uitam. Cq̄ solā carnalē nouit & ñ ꝑ denuo
ad eū nisi denuo. Quomodo potest ho
Cdo & ad ꝑ & q̄ dicit.
mo cum sit senex. numquid potest in
Cbis. & ꝑ cum.
uenterem matris sue iterato introire et
Cmodo fiet.
renasci. Respondit
Cpatet. Amen amē
ihesus. Amen amē
dico tibi nisi quis
fuerit
renatus ex aqua
& sp̄u non potest
Cdō & ī re & q̄ dē. quia. nisi
introire in regnū
Cnatus ex aqua & sp̄u. & ex carne caro est. & quod
dei. Quod
Cdicit. & natū. & c. & ī. cet.
natum est ex spu
nate. Cpatet si possibi
sp̄e est. Dicit
le & dicit oportet natū denuo.
mirari & dixit tibi

Cad ecclesiam & fidē unicam
uidelicet ꝑ fidē unicam
mundum.
Cpatet. & ab eo. & dicit.

Cpatet. & ab eo. & dicit.

Cpatet. & ab eo. & dicit.

Cap. III

T
p sacramentū nubile
efficatur dī filius.

Dixit ihc. Amen amen dico tibi nisi quis renatus fuerit denuo non potest videre regnum dei. Dicit ad eum nicodemus. Quomodo potest homo nasci cum senex sit numquid potest introire in uterum matris suae et renasci. Respondit ihc et dixit ei. Amen amen dico tibi nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu non potest introire in regnum dei. Quod natum est ex carne caro est et quod natum est ex spiritu spiritus est. Non mireris quia dixi tibi oportet vos nasci denuo. Spiritus ubi vult spirat et vocem eius audis sed nescis unde veniat aut quo vadat sic est omnis qui renatus est ex spiritu. Respondit nicodemus et dixit ei. Quomodo possunt haec fieri. Respondit ihc et dixit ei. Tu es magister in israhel et haec ignoras. Amen amen dico tibi quia quod scimus loquimur et quod vidimus testamur et testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis et non creditis quomodo si dixero vobis caelestia credetis. Et nemo ascendit in caelum nisi qui descendit de caelo filius hominis qui est in caelo. Et sicut moyses exaltavit serpentem in deserto ita exaltari oportet filium hominis ut omnis qui credit in ipso non pereat sed habeat vitam aeternam. Sic enim deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret ut omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam aeternam. Non enim misit deus filium suum in mundum ut iudicet mundum sed ut salvetur mundus per ipsum. Qui credit in eum non iudicatur. Qui autem non credit iam iudicatus est quia non credit in nomine unigeniti filii dei. Hoc autem est iudicium quia lux venit in mundum et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui male agit odit lucem et non venit ad lucem ut non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem venit ad lucem ut manifestentur opera eius quia in deo sunt facta.

Post haec venit ihc et discipuli eius in iudaeam terram et illic demorabatur cum eis et baptizabat. Erat autem et johannes baptizans in aenon iuxta salim quia aquae multae erant illic et adveniebant et baptizabantur. Nondum enim missus fuerat johannes in carcerem. Facta est ergo quaestio ex discipulis johannis cum iudaeis de purificatione. Et venerunt ad johannem et dixerunt ei. Rabbi qui erat tecum trans iordanem cui tu testimonium perhibuisti ecce hic baptizat et omnes venient ad eum. Respondit johannes et dixit. Non potest homo quicquam accipere nisi fuerit ei datum de caelo. Vos mihi testimonium perhibetis quia dixi non sum ego christus sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam sponsus est amicus autem sponsi qui stat et audit eum gaudio gaudet propter vocem sponsi. Haec gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere me autem minui. Qui desursum venit super omnes est. Qui est de terra de terra est et de terra loquitur. Qui de caelo venit testimonium suum nemo accipit. Qui accepit eius testimonium signavit quia deus verax est. Quem enim misit deus verba dei loquitur. Non enim ad mensuram dat deus spiritum. Pater diligit filium et omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium habet vitam aeternam. Qui autem incredulus est filio non videbit vitam sed ira dei manet super eum.

Cognovit ergo ihc quia audierunt pharisaei quod ihc plures discipulos facit et baptizat quam johannes. Quamvis ihc non baptizaret sed discipuli eius. Reliquit iudaeam et abiit iterum in galilaeam. Oportebat autem eum transire per samariam. Venit ergo in civitatem samariae quae dicitur sichar iuxta praedium quod dedit jacob joseph filio suo. Erat autem ibi fons jacob. Ihc ergo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Hora erat quasi sexta. Venit mulier de samaria haurire aquam. Dicit ei ihc. Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in civitatem ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier samaritana. Quomodo tu iudaeus cum sis a me bibere petis quae sum mulier samaritana. Non enim coutuntur iudaei samaritanis. Respondit ihc et dixit ei. Si scires donum dei et quis est qui dicit tibi da mihi bibere tu forsitan petisses ab eo et dedisset tibi aquam vivam. Dicit ei mulier. Domine neque in quo haurias habes et puteus altus est unde ergo habes aquam vivam. Numquid tu maior es patre nostro jacob qui dedit nobis puteum et ipse ex eo bibit et filii eius et pecora eius. Respondit ihc et dixit ei. Omnis qui bibit ex aqua hac sitiet iterum qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in aeternum sed aqua quam dabo ei fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam. Dicit ad eum mulier. Domine da mihi hanc aquam ut non sitiam neque veniam huc haurire. Dicit ei ihc. Vade vocum virum tuum et veni huc. Respondit mulier et dixit ei. Non habeo virum. Dicit ei ihc. Bene dixisti quia non habeo virum. Quinque enim viros habuisti et nunc quem habes non est tuus vir hoc vere dixisti. Dicit ei mulier. Domine video quia propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adoraverunt et vos dicitis quia hierosolymis est locus ubi adorare oportet. Dicit ei ihc. Mulier crede mihi quia venit hora quando neque in monte hoc neque in hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis nos adoramus quod scimus quia salus ex iudaeis est. Sed venit hora et nunc est quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate. Nam et pater tales quaerit qui adorent eum. Spiritus est deus et eos qui adorant eum in spiritu et veritate oportet adorare. Dicit ei mulier. Scio quia messias venit qui dicitur christus. Cum ergo venerit ille nobis annuntiabit omnia. Dicit ei ihc. Ego sum qui loquor tecum. Et continuo venerunt discipuli eius et mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit quid quaeris aut quid loqueris cum ea. Reliquit ergo hydria sua mulier et abiit in civitatem et dicit illis hominibus. Venite et videte hominem qui dixit mihi omnia quaecumque feci. Numquid ipse est christus. Exierunt ergo de civitate et venerunt ad eum. Interea rogabant eum discipuli dicentes. Rabbi manducа. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad invicem. Numquid ei attulit aliquis manducare. Dicit eis ihc. Meus cibus est ut faciam voluntatem eius qui misit me ut perficiam opus eius. Nonne vos dicitis quia adhuc quattuor menses sunt et messis venit. Ecce dico vobis levate oculos vestros et videte regiones quia albae sunt iam ad messem. Et qui metit mercedem accipit et fructum congregat in vitam aeternam. Ut et qui seminat simul gaudeat et qui metit. In hoc enim est verbum verum quia alius est qui seminat et alius est qui metit. Ego misi vos metere in quo vos non laborastis alii laboraverunt et vos in laborem eorum introistis. Ex civitate autem illa multi crediderunt in eum samaritanorum propter verbum mulieris testimonium perhibentis quia dixit mihi omnia quaecumque feci. Cum ergo venissent ad illum samaritani rogabant eum ut apud eos maneret. Et fecit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt propter verbum eius et mulieri dicebant quia iam non propter tuam loquelam credimus ipsi enim audivimus et scimus quia hic est vere salvator mundi christus.

Post duos autem dies exivit inde et abiit in galilaeam. Ipse enim ihc testimonium perhibuit quia propheta in patria sua honorem non habet. Cum ergo venisset in galilaeam galilaei susceperunt eum videntes omnia quae fecerat hierosolymis in die festo. Venit ergo iterum in cana galilaeae ubi fecit aquam vinum. Et erat quidam regulus cuius filius infirmabatur capharnaum. Hic cum audisset quia ihc adveniret a iudaea in galilaeam abiit ad eum et rogabat eum ut descenderet et sanaret filium eius incipiebat enim mori. Dixit ergo ihc ad eum. Nisi signa et prodigia videritis non creditis. Dicit ad eum regulus. Domine descende antequam moriatur filius meus. Dicit ei ihc. Vade filius tuus vivit. Credidit homo sermoni quem dixit ei ihc et ibat. Iam autem eo descendente servi occurrerunt ei et nuntiaverunt dicentes quia filius eius vivit. Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit. Et dixerunt ei quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognovit ergo pater quia illa hora erat in qua dixit ei ihc filius tuus vivit et credidit ipse et domus eius tota. Hoc iterum secundum signum fecit ihc cum venisset a iudaea in galilaeam.

Post haec erat dies festus iudaeorum et ascendit ihc hierosolymam. Est autem hierosolymis probatica piscina quae cognominatur hebraice bethsaida quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium caecorum claudorum aridorum expectantium aquae motum. Angelus enim domini secundum tempus descendebat in piscinam et movebatur aqua. Et qui prior descendisset post motum aquae sanus fiebat a quacumque detinebatur infirmitate. Erat autem quidam ibi homo triginta et octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum vidisset ihc iacentem et cognovisset quia multum iam tempus habet dicit ei. Vis sanus fieri. Respondit ei languidus. Domine hominem non habeo ut cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinam. Dum autem venio ego alius ante me descendit. Dicit ei ihc. Surge tolle grabatum tuum et ambula. Et statim sanus factus est homo et sustulit grabatum suum et ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo. Dicebant ergo iudaei illi qui sanatus fuerat. Sabbatum est non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis. Qui me sanum fecit ille mihi dixit tolle grabatum tuum et ambula. Interrogaverunt ergo eum. Quis est ille homo qui dixit tibi tolle grabatum tuum et ambula. Is autem qui sanus factus fuerat non sciebat quis esset. Ihc enim declinavit a turba constituta in loco. Postea invenit eum ihc in templo et dixit ei. Ecce sanus factus es iam noli peccare ne quid tibi deterius contingat. Abiit homo et nuntiavit iudaeis quia ihc est qui fecit eum sanum. Et propterea persequebantur iudaei ihc quia haec faciebat in sabbato. Ihc autem respondit eis. Pater meus usque modo operatur et ego operor. Propterea ergo magis quaerebant eum iudaei interficere quia non solum solvebat sabbatum sed et patrem suum dicebat deum aequalem se faciens deo. Respondit ergo ihc et dixit eis. Amen amen dico vobis non potest filius a se facere quicquam nisi quod viderit patrem facientem. Quae enim ille fecerit haec et filius similiter facit. Pater enim diligit filium et omnia demonstrat ei quae ipse facit et maiora horum demonstrabit ei opera ut vos admiremini. Sicut enim pater suscitat mortuos et vivificat ita et filius quos vult vivificat. Neque enim pater iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio. Ut omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium non honorificat patrem qui misit illum. Amen amen dico vobis quia qui verbum meum audit et credit ei qui misit me habet vitam aeternam et in iudicium non venit sed transit a morte in vitam. Amen amen dico vobis quia venit hora et nunc est quando mortui audient vocem filii dei et qui audierint vivent. Sicut enim pater habet vitam in semetipso sic dedit et filio vitam habere in semetipso. Et potestatem dedit ei iudicium facere quia filius hominis est. Nolite mirari hoc quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem eius et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitae qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii. Non possum ego a me ipso facere quicquam sicut audio iudico et iudicium meum iustum est quia non quaero voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me. Si ego testimonium perhibeo de me ipso testimonium meum non est verum. Alius est qui testimonium perhibet de me et scio quia verum est testimonium quod perhibet de me. Vos misistis ad johannem et testimonium perhibuit veritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio sed haec dico ut vos salvi sitis. Ille erat lucerna ardens et lucens. Vos autem voluistis exultare ad horam in luce eius. Ego autem habeo testimonium maius johannis opera enim quae dedit mihi pater ut perficiam ea ipsa opera quae ego facio testimonium perhibent de me quia pater misit me. Et qui misit me pater ipse testimonium perhibuit de me. Neque vocem eius unquam audistis neque speciem eius vidistis et verbum eius non habetis in vobis manens quia quem misit ille huic vos non creditis. Scrutamini scripturas in quibus putatis vitam aeternam habere et illae sunt quae testimonium perhibent de me. Et non vultis venire ad me ut vitam habeatis. Gloriam ab hominibus non accipio sed novi vos quia dilectionem dei non habetis in vobis. Ego veni in nomine patris mei et non accipitis me si alius venerit in nomine suo illum accipietis. Quomodo vos potestis credere gloriam ab invicem accipientes et gloriam quae a solo deo est non quaeritis. Nolite putare quia ego accusaturus sum vos apud patrem. Est qui accusat vos moyses in quo vos sperastis. Si enim crederetis moysi forsitan crederetis et mihi de me enim ille scripsit. Si autem illius scriptis non creditis quomodo verbis meis credetis.

Post haec abiit ihc trans mare galilaeae quod est tiberiadis et sequebatur eum multitudo magna quia videbant signa quae faciebat super his qui infirmabantur. Subiit autem in montem ihc et ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum pascha dies festus iudaeorum. Cum sublevasset ergo oculos ihc et vidisset quia multitudo magna venit ad eum dicit philippo. Unde ememus panes ut manducent hi. Hoc autem dicebat temptans eum ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei philippus. Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis ut unusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei unus de discipulis eius andreas frater simonis petri. Est puer unus hic qui habet quinque panes hordeaceos et duos pisces sed haec quid sunt inter tantos. Dixit ergo ihc. Facite homines discumbere. Erat autem fenum multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque milia. Accepit ergo panes ihc et cum gratias egisset distribuit discumbentibus similiter et ex piscibus quantum volebant. Ut autem impleti sunt dicit discipulis suis. Colligite quae superaverunt fragmenta ne pereant. Collegerunt ergo et impleverunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis quae superfuerunt his qui manducaverant. Illi ergo homines cum vidissent quod ihc fecisset signum dicebant quia hic est vere propheta qui venturus est in mundum. Ihc ergo cum cognovisset quia venturi essent ut rapiant eum et faciant eum regem fugit iterum in montem ipse solus. Vespere autem facto descenderunt discipuli eius ad mare et cum navigio ascendentes ibant trans mare in capharnaum. Et tenebrae iam factae erant et non venerat ad eos ihc. Mare autem vento magno flante exsurgebat. Cum remigassent ergo quasi stadia viginti quinque aut triginta vident ihc ambulantem super mare et proximum navi fieri et timuerunt. Ille autem dicit eis. Ego sum nolite timere. Voluerunt ergo accipere eum in navem et statim navis fuit ad terram in quam ibant. Altera die turba quae stabat trans mare vidit quia navicula alia non erat ibi nisi una in qua ascenderant discipuli eius et quia non introisset ihc cum discipulis suis in navem sed discipuli eius soli abierant. Aliae autem supervenerunt navigiae a tiberiade iuxta locum ubi manducaverant panem gratias agente domino. Cum ergo vidisset turba quia ihc non esset ibi neque discipuli eius ascenderunt navigia et venerunt capharnaum quaerentes ihc. Et cum invenissent eum trans mare dixerunt ei. Rabbi quando huc venisti. Respondit eis ihc et dixit. Amen amen dico vobis quaeritis me non quia vidistis signa sed quia manducastis ex panibus et saturati estis. Operamini non cibum qui perit sed qui permanet in vitam aeternam quem filius hominis vobis dabit. Hunc enim pater signavit deus. Dixerunt ergo ad eum. Quid faciemus ut operemur opera dei. Respondit ihc et dixit eis. Hoc est opus dei ut credatis in eum quem misit ille. Dixerunt ergo ei. Quod ergo tu facis signum ut videamus et credamus tibi quid operaris. Patres nostri manna manducaverunt in deserto sicut scriptum est. Panem de caelo dedit eis manducare. Dixit ergo eis ihc. Amen amen dico vobis non moyses dedit vobis panem de caelo sed pater meus dat vobis panem de caelo verum. Panis enim dei est qui descendit de caelo et dat vitam mundo. Dixerunt ergo ad eum. Domine semper da nobis panem hunc. Dixit autem eis ihc. Ego sum panis vitae qui venit ad me non esuriet et qui credit in me non sitiet umquam. Sed dixi vobis quia et vidistis me et non creditis. Omne quod dat mihi pater ad me veniet et eum qui venit ad me non eiciam foras quia descendi de caelo non ut faciam voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me. Haec est autem voluntas patris qui misit me ut omne quod dedit mihi non perdam ex eo sed resuscitem illud in novissimo die. Haec est enim voluntas patris mei ut omnis qui videt filium et credit in eum habeat vitam aeternam et ego resuscitabo eum in novissimo die. Murmurabant ergo iudaei de illo quia dixisset ego sum panis qui de caelo descendi et dicebant. Nonne hic est ihc filius ioseph cuius nos novimus patrem et matrem. Quomodo ergo dicit hic quia de caelo descendi. Respondit ihc et dixit eis. Nolite murmurare in invicem. Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum et ego resuscitabo eum in novissimo die. Est scriptum in prophetis. Et erunt omnes docibiles dei. Omnis qui audivit a patre et didicit venit ad me. Non quia patrem vidit quisquam nisi is qui est a deo hic vidit patrem. Amen amen dico vobis qui credit habet vitam aeternam. Ego sum panis vitae. Patres vestri manducaverunt manna in deserto et mortui sunt. Hic est panis de caelo descendens ut si quis ex ipso manducet non moriatur. Ego sum panis vivus qui de caelo descendi. Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in aeternum et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo iudaei ad invicem dicentes. Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum. Dixit ergo eis ihc. Amen amen dico vobis nisi manducaveritis carnem filii hominis et bibetis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem habet vitam aeternam et ego resuscitabo eum in novissimo die. Caro enim mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo. Sicut misit me vivens pater et ego vivo propter patrem et qui manducat me et ipse vivet propter me. Hic est panis qui de caelo descendit. Non sicut manducaverunt patres vestri manna et mortui sunt. Qui manducat hunc panem vivet in aeternum. Haec dixit in synagoga docens in capharnaum. Multi ergo audientes ex discipulis eius dixerunt. Durus est hic sermo et quis potest eum audire. Sciens autem ihc apud semetipsum quia murmurarent de hoc discipuli eius dixit eis. Hoc vos scandalizat. Si ergo videritis filium hominis ascendentem ubi erat prius. Spiritus est qui vivificat caro non prodest quicquam. Verba quae ego locutus sum vobis spiritus et vita sunt. Sed quidam ex vobis sunt qui non credunt. Sciebat enim ihc a principio qui essent non credentes et quis traditurus esset eum. Et dicebat. Propterea dixi vobis quia nemo potest venire ad me nisi fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro et iam non cum illo ambulabant. Dixit ergo ihc ad duodecim. Numquid et vos vultis abire. Respondit ei simon petrus. Domine ad quem ibimus verba vitae aeternae habes. Et nos credimus et cognovimus quia tu es christus filius dei vivi. Respondit eis ihc. Nonne ego vos duodecim elegi et ex vobis unus diabolus est. Dicebat autem iudam simonis iscariotis hic enim erat traditurus eum unus de duodecim.

Post haec autem ambulabat ihc in galilaea. Non enim volebat in iudaea ambulare quia quaerebant eum iudaei interficere. Erat autem in proximo dies festus iudaeorum scenopegia. Dixerunt autem ad eum fratres eius. Transi hinc et vade in iudaeam ut et discipuli tui videant opera tua quae facis. Nemo enim quod in occulto quaerit ut sit in palam. Si haec facis manifesta temetipsum mundo. Neque enim fratres eius credebant in eum. Dicit ergo eis ihc. Tempus meum nondum advenit. Tempus autem vestrum semper paratum est. Non potest mundus odisse vos me autem odit quia ego testimonium perhibeo de illo quia opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diem festum hunc. Ego non ascendo ad diem festum hunc quia tempus meum nondum impletum est. Haec cum dixisset ipse mansit in galilaea. Ut autem ascenderunt fratres eius tunc et ipse ascendit ad diem festum non manifeste sed quasi in occulto. Iudaei ergo quaerebant eum in die festo et dicebant. Ubi est ille. Et murmur multus erat in turba de illo. Quidam enim dicebant. Bonus est. Alii autem dicebant. Non sed seducit turbam. Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum iudaeorum. Iam autem die festo medio ascendit ihc in templum et docebat. Mirabantur ergo iudaei dicentes. Quomodo hic litteras scit cum non didicerit. Respondit eis ihc et dixit. Mea doctrina non est mea sed eius qui misit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere cognoscet de doctrina utrum ex deo sit an ego a me ipso loquar. Qui a semetipso loquitur gloriam propriam quaerit qui autem quaerit gloriam eius qui misit illum hic verax est et iniustitia in illo non est. Nonne moyses dedit vobis legem et nemo ex vobis facit legem. Quid me quaeritis interficere. Respondit turba et dixit. Daemonium habes quis te quaerit interficere. Respondit ihc et dixit eis. Unum opus feci et omnes miramini propterea moyses dedit vobis circumcisionem non quia ex moyse est sed ex patribus et in sabbato circumcidis hominem. Si circumcisionem accipit homo in sabbato ut non solvatur lex moysi mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in sabbato. Nolite iudicare secundum faciem sed iustum iudicium iudicate. Dixerunt ergo quidam de hierosolymis. Nonne hic est quem quaerunt interficere. Et ecce palam loquitur et nihil ei dicunt. Numquid vere cognoverunt principes quia hic est vere christus. Sed hunc scimus unde sit christus autem cum venerit nemo scit unde sit. Clamabat ergo ihc in templo docens et dicens. Et me scitis et unde sim scitis et a me ipso non veni sed est verus qui misit me quem vos nescitis. Ego scio eum quia ab ipso sum et ipse me misit. Quaerebant ergo eum apprehendere et nemo misit in illum manum quia nondum venerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum et dicebant. Christus cum venerit numquid plura signa faciet quam quae hic facit. Audierunt pharisaei turbam murmurantem de illo haec et miserunt pontifices et pharisaei ministros ut apprehenderent eum. Dixit ergo ihc. Adhuc modicum tempus vobiscum sum et vado ad eum qui me misit. Quaeretis me et non invenietis et ubi ego sum vos non potestis venire. Dixerunt ergo iudaei ad semetipsos. Quo hic iturus est quia non invenietur eum. Numquid in dispersionem gentium iturus est et docturus gentes. Quis est hic sermo quem dixit quaeretis me et non invenietis et ubi ego sum vos non potestis venire. In novissimo autem die magno festivitatis stabat ihc et clamabat dicens. Si quis sitit veniat ad me et bibat qui credit in me. Sicut dixit scriptura flumina de ventre eius fluent aquae vivae. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim erat spiritus datus quia ihc nondum erat glorificatus. Multi ergo de turba audientes hunc sermonem dicebant. Hic est vere propheta. Alii dicebant. Hic est christus. Quidam autem dicebant. Numquid a galilaea venit christus. Nonne scriptura dicit quia de semine david et de bethlehem castello ubi erat david venit christus. Dissensio ergo facta est in turba propter eum. Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum sed nemo misit in illum manus. Venerunt ergo ministri ad principes sacerdotum et pharisaeos et dixerunt ad illos. Quare non adduxistis illum. Responderunt ministri. Numquam sic locutus est homo sicut hic homo. Responderunt ergo eis pharisaei. Numquid et vos seducti estis. Numquid ex principibus aliquis credidit in eum aut ex pharisaeis. Sed turba haec quae non novit legem maledicti sunt. Dicit nicodemus ad eos qui venerat ad eum nocte unus ex ipsis. Numquid lex nostra iudicat hominem nisi prius audierit ab ipso et cognoverit quid faciat. Responderunt et dixerunt ei. Numquid et tu galilaeus es. Scrutare et vide quia propheta a galilaea non surgit. Et reversi sunt unusquisque in domum suam.

Ihc autem perrexit in montem oliveti. Et mane iterum venit in templum et omnis populus veniebat ad eum et sedens docebat eos. Adducunt autem scribae et pharisaei mulierem in adulterio deprehensam et statuerunt eam in medio et dicunt ei. Magister haec mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autem moyses mandavit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis. Hoc autem dicebant tentantes eum ut haberent quid accusarent eum. Ihc autem inclinans se deorsum digito scribebat in terra. Cum autem perseverarent interrogantes eum erexit se et dixit eis. Qui sine peccato est vestrum primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans scribebat in terra. Illi autem audientes et a conscientia arguti exibant unus post unum incipiens a senioribus usque ad novissimos et remansit solus ihc et mulier in medio stans. Erigens autem se ihc dixit ei. Mulier ubi sunt qui te accusabant nemo te condemnavit. Quae dixit. Nemo domine. Dixit autem ihc. Nec ego te condemnabo vade et amplius iam noli peccare. Iterum ergo ihc locutus est eis dicens. Ego sum lux mundi qui sequitur me non ambulat in tenebris sed habebit lumen vitae. Dixerunt ergo ei pharisaei. Tu de te ipso testimonium perhibes testimonium tuum non est verum. Respondit ihc et dixit eis. Etsi ego testimonium perhibeo de me ipso verum est testimonium meum quia scio unde veni et quo vado. Vos autem nescitis unde veniam aut quo vadam. Vos secundum carnem iudicatis ego non iudico quemquam. Et si iudico ego iudicium meum verum est quia solus non sum sed ego et qui misit me pater. Et in lege autem vestra scriptum est quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso et testimonium perhibet de me qui misit me pater. Dicebant ergo ei. Ubi est pater tuus. Respondit ihc. Neque me scitis neque patrem meum scitis si me sciretis forsitan et patrem meum sciretis. Haec verba loquutus est ihc in gazophylacio docens in templo et nemo apprehendit eum quia nondum venerat hora eius. Dixit ergo iterum ihc. Ego vado et quaeretis me et in peccato vestro moriemini. Quo ego vado vos non potestis venire. Dicebant ergo iudaei. Numquid interficiet semetipsum quia dixit quo ego vado vos non potestis venire. Et dicebat eis. Vos de deorsum estis ego de supernis sum vos de hoc mundo estis ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis vestris si enim non credideritis quia ego sum moriemini in peccatis vestris. Dicebant ergo ei. Tu quis es. Dixit eis ihc. Principium qui et loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui et iudicare sed qui misit me verax est et ego quae audivi ab eo haec loquor in mundo. Et non cognoverunt quia patrem eius dicebat deum. Dixit ergo eis ihc. Cum exaltaveritis filium hominis tunc cognoscetis quia ego sum et a me ipso facio nihil sed sicut docuit me pater haec loquor et qui me misit mecum est et non reliquit me solum pater quia ego quae placita sunt ei facio semper. Haec illo loquente multi crediderunt in eum. Dixit ergo ihc ad eos qui credebant ei iudaeos. Si vos manseritis in sermone meo vere discipuli mei eritis et cognoscetis veritatem et veritas liberabit vos. Responderunt ei. Semen abrahae sumus et nemini servivimus unquam quomodo tu dicis quia liberi eritis fiet. Respondit eis ihc. Amen amen dico vobis quia omnis qui facit peccatum servus est peccati. Servus autem non manet in domo in aeternum filius manet in aeternum. Si ergo filius vos liberaverit vere liberi eritis. Scio quia filii abrahae estis sed quaeritis me interficere quia sermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud patrem meum loquor et vos quae vidistis apud patrem vestrum facite. Responderunt et dixerunt ei. Pater noster abraham est. Dicit eis ihc. Si filii abrahae estis opera abrahae facite. Nunc autem quaeritis me interficere hominem qui veritatem vobis locutus sum quam audivi a deo hoc abraham non fecit. Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt ergo ei. Nos ex fornicatione non sumus nati unum patrem habemus deum. Dixit ergo eis ihc. Si deus pater vester esset diligeretis utique me ego enim ex deo processi et veni neque enim a me ipso veni sed ille me misit. Quare loquelam meam non cognoscitis quia non potestis audire sermonem meum. Vos ex patre diabolo estis et desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio et in veritate non stetit quia non est veritas in eo. Cum loquitur mendacium ex propriis loquitur quia mendax est et pater eius. Ego autem si veritatem dico non creditis mihi. Quis ex vobis arguet me de peccato si veritatem dico vobis quare non creditis mihi. Qui ex deo est verba dei audit propterea vos non auditis quia ex deo non estis. Responderunt iudaei et dixerunt ei. Nonne bene dicimus nos quia samaritanus es tu et daemonium habes. Respondit ihc. Ego daemonium non habeo sed honorifico patrem meum et vos inhonorastis me. Ego autem non quaero gloriam meam est qui quaerat et iudicet. Amen amen dico vobis si quis sermonem meum servaverit mortem non videbit in aeternum. Dixerunt iudaei. Nunc cognovimus quia daemonium habes. Abraham mortuus est et prophetae et tu dicis. Si quis sermonem meum servaverit non gustabit mortem in aeternum. Numquid tu maior es patre nostro abraham qui mortuus est et prophetae mortui sunt quem te ipsum facis. Respondit ihc. Si ego glorificavi me ipsum gloria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat me quem vos dicitis quia deus noster est et non cognovistis eum ego autem novi eum et si dixero quia non scio eum ero similis vobis mendax. Sed scio eum et sermonem eius servo. Abraham pater vester exultavit ut videret diem meum vidit et gavisus est. Dixerunt ergo iudaei ad eum. Quinquaginta annos nondum habes et abraham vidisti. Dixit eis ihc. Amen amen dico vobis antequam abraham fieret ego sum. Tulerunt ergo lapides ut iacerent in eum ihc autem abscondit se et exivit de templo.

Et praeteriens vidit hominem caecum a nativitate. Et interrogaverunt eum discipuli eius dicentes. Rabbi quis peccavit hic aut parentes eius ut caecus nasceretur. Respondit ihc. Neque hic peccavit neque parentes eius sed ut manifestentur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me donec dies est. Venit nox quando nemo potest operari. Quamdiu sum in mundo lux sum mundi. Haec cum dixisset exspuit in terram et fecit lutum ex sputo et linivit lutum super oculos eius et dixit ei. Vade lavare in natatoria siloe quod interpretatur missus. Abiit ergo et lavit et venit videns. Vicini ergo et qui videbant eum prius quia mendicus erat dicebant. Nonne hic est qui sedebat et mendicabat. Alii dicebant. Hic est. Alii autem. Nequaquam sed similis est ei. Ille autem dicebat. Quia ego sum. Dicebant ergo ei. Quomodo aperti sunt oculi tui. Respondit ille et dixit. Homo qui dicitur ihc lutum fecit et unxit oculos meos et dixit mihi. Vade ad natatoria siloe et lava. Abii ergo et lavi et vidi. Et dixerunt ei. Ubi est ille. Ait. Nescio. Adducunt eum ad pharisaeos qui fuerat caecus. Erat autem sabbatum in die illo quando lutum fecit ihc et aperuit oculos eius. Rursum ergo interrogabant eum pharisaei quomodo vidisset. Ille autem dixit eis. Lutum posuit super oculos meos et lavi et video. Dicebant ergo ex pharisaeis quidam. Non est hic homo a deo qui sabbatum non custodit. Alii dicebant. Quomodo potest homo peccator haec signa facere. Et dissensio erat in illis. Dicunt ergo caeco iterum. Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos. Dixit quia propheta est. Non credebant ergo iudaei de illo quia caecus fuisset et vidisset donec vocarent parentes eius qui viderat. Et interrogaverunt eos dicentes. Hic est filius vester quem vos dicitis quia caecus natus est. Quomodo ergo nunc videt. Responderunt parentes eius et dixerunt. Scimus quia hic est filius noster et quia caecus natus est. Quomodo autem nunc videat nescimus aut quis aperuit oculos eius nos nescimus. Ipsum interrogate aetatem habet ipse de se loquetur. Haec dixerunt parentes eius quoniam timebant iudaeos. Iam enim conspiraverant iudaei ut si quis eum confiteretur christum extra synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt quia aetatem habet ipsum interrogate. Vocaverunt ergo iterum hominem qui fuerat caecus et dixerunt ei. Da gloriam deo. Nos scimus quia hic homo peccator est. Dixit ergo illis ille. Si peccator sit nescio. Unum scio quia cum caecus essem modo video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi quomodo aperuit oculos tuos. Respondit eis. Dixi vobis iam et audistis quid iterum vultis audire numquid et vos discipuli eius fieri vultis. Maledixerunt ergo illi et dixerunt. Tu discipulus illius sis nos autem moysi discipuli sumus. Nos scimus quia moysi locutus est deus hunc autem nescimus unde sit. Respondit homo et dixit eis. In hoc enim mirabile est quod vos nescitis unde sit et aperuit oculos meos. Scimus autem quia peccatores deus non audit sed si quis dei cultor est et voluntatem eius facit hunc exaudit. A saeculo non audivimus quia aperuit quis oculos caeci nati. Nisi esset hic a deo non poterat facere quicquam. Responderunt et dixerunt ei. In peccatis tu natus es totus et tu nos docere. Et eiecerunt eum foras. Audivit ihc quia eiecerunt eum foras et cum invenisset eum dixit ei. Tu credis in filium dei. Respondit ille et dixit. Et quis est domine ut credam in eum. Dixit ei ihc. Et vidisti eum et qui loquitur tecum ipse est. Ille autem ait. Credo domine. Et procidit ei. Et dixit ihc. In iudicium ego in hunc mundum veni ut qui non vident videant et qui videntes caeci fiant. Audierunt ex pharisaeis qui cum ipso erant haec et dixerunt ei. Numquid et nos caeci sumus. Dixit eis ihc. Si caeci essetis non haberetis peccatum nunc autem dicitis quia videmus peccatum vestrum manet.

Amen amen dico vobis qui non intrat per ostium in ovile ovium sed ascendit aliunde ille fur est et latro. Qui autem intrat per ostium pastor est ovium. Huic ostiarius aperit et oves vocem eius audiunt et proprias oves vocat nominatim et educit eas. Et cum proprias oves emiserit ante eas vadit et oves illum sequuntur quia sciunt vocem eius. Alienum autem non sequuntur sed fugient ab eo quia non norunt alienorum vocem. Hoc proverbium dixit ihc illis. Illi autem non cognoverunt quid loqueretur eis. Dixit ergo iterum ihc. Amen amen dico vobis quia ego sum ostium ovium. Omnes quotquot venerunt fures sunt et latrones sed non audierunt eos oves. Ego sum ostium. Per me si quis introierit salvabitur et ingredietur et egredietur et pascua inveniet. Fur non venit nisi ut furetur et mactet et perdat. Ego veni ut vitam habeant et abundantius habeant. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. Mercenarius autem et qui non est pastor cuius non sunt oves suae videt lupum venientem et dimittit oves et fugit et lupus rapit et dispergit oves. Mercenarius autem fugit quia mercenarius est et non pertinet ei de ovibus. Ego sum pastor bonus et cognosco meas et cognoscunt me meae. Sicut novit me pater et ego agnosco patrem et animam meam pono pro ovibus meis. Et alias oves habeo quae non sunt ex hoc ovili et illas oportet me adducere et vocem meam audient et fiet unum ovile et unus pastor. Propterea me pater diligit quia ego pono animam meam ut iterum sumam eam. Nemo tollit eam a me sed ego pono eam a me ipso et potestatem habeo ponendi eam et potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi a patre meo. Dissensio rursum facta est inter iudaeos propter hos sermones. Et dicebant multi ex ipsis. Daemonium habet et insanit quid eum auditis. Alii dicebant. Haec verba non sunt daemonium habentis numquid daemonium potest caecorum oculos aperire. Factae sunt autem encaenia in hierosolymis et hiems erat. Et ambulabat ihc in templo in porticu salomonis. Circumdederunt ergo eum iudaei et dicebant ei. Quousque animam nostram tollis si tu es christus dic nobis palam. Respondit eis ihc. Loquor vobis et non creditis opera quae ego facio in

¶ b

Sc̃a 2ª p̃t p̃tis

instruit adhuc de celestibus tan[quam] ... celestis ē et ascensio ad uitā. terena eius exaltatio ad mortem. Qui intelligunt celestia. qui nō carnales. i. nō intelligunt de ascensione. renata eorū spiritualis ascendit in celū. Sed nō nisi sunt membra corporis eius qui in una persona est hō et filius dei. ut sciat iste nullum ex se. sed per xpm posse ascendere. et nō ñ dicat hoīes ascendere. sed filiū hoīs to tū cū corpore. qui s[ecundu]m diuinitatē descendit de celo. et est in celo. nō s[ecundu]m hō est et ascensio nō potest esse nisi redemptus per passionem sub[...] et sicut moyses serpens exal. magisteriū legis adhuc carnalis legis innuat et hoc dicat filiū hoīs ne hoc solū putet non eodem modo sub[...] eum esse filium dei. sic enī dilexit deus mundum.

Cosmos grece et latine mundus dicitur. s[ecundu]m singularibus p[er] mūdū g[enus] humana natura significatur. Nam et per ... p[ro] exc[e]llentie. elementis constat. Sed et anima addit ornata q[uae] ad ymaginē dei facta est. et adhuc diligit deus. ut eternam faciat.

Nondū apparuit mundū set iā facti ē iudiciū. nouit dominus qui sunt eius.

Ex eo saluat[ur] q[uo]d nō iudicatur. Sed ñ iudicatur ex se habunt q[uia] ñ crediderunt.

Cur qui nō credit iudicatur. qr lux uenit. q[uae] exaltat et admonet hoīes cognoscere sua mala in quibus omnes sunt. Sed alii oderunt ad monentem lucē et fugiunt. nō arguuntur eorum mala que diligunt. alii autem ammoniti per lucem accusant mala sua. quod

¶ ascendit per se hō.
cendit in celum ni
¶ sed et de hic
si qui de celo descen
¶ quod est ē ih.
dit. filius hominis
qui est in celo. et si
cut moyses exaltauit serpentem in deser
¶ in cor.
to. ita exaltari oportet filiū hominis. ut
¶ i. in uera fide tenuerit.
omnis qui credit in ipsm non pereat. sed ha
beat uitam eternā.
¶ ecce nō dic de filio di ut supra
Sic enim deus dile
de filio hoīs in quo q[ui] iam ... dicit
xit mundū. ut fi
in suum per eum ... restauremini.
lium suum uni
genitū daret. ut
omnis qui credit
in eum non pereat
set habeat uitam. eternā. Non enim misit
¶ in hūanā naturam.
deus filium suum in mund[um] ut iudicet
Quin salvet indidit.
mundū sed ut saluetur mundus per ip
¶ quod per fidē diuinitatē p[er] ea
sum. Qui credit in eum non iudicatur.
per quibus dampnaret. ¶ ne dicā iudicabit ¶ cur.
Qui autem non credit iam iudicatus est.
¶ in quo solo ē salus. nō hēt uirtutes filios
Quia non credit in nomine unigeniti
deus per quem salvet. ¶ causa dampnationis.
filij dei hoc est autem iudicium. qr

Sic moyses per serpentem et xpc mortuus serpens dicitur. quia qui a fide intuetur liberatur sic intuentibus ille. in figura sibi igni tis serpentibus lacerabantur qui significant incentiua uitiorum.

Aperit causam salutis humane. i. dilectionē di patris ex quo omnis restitutio per filiū suū in spu scō.

Daret in mortē ut omnis aspiciens in mortē eius nō pereat sed hēt uitā eternam.

Ut saluet per filiū di nō enim aliā ob causam uenit. nō ut saluet nō ut iudicet. i. dampnet.

Sic

Hic aliter tractatū i. de terna damnatōne. ut sit cognoscere et fugere filium dei. sic nichil aliud de tractando nisi celeste cognoscere filium dei. ut cū eo vita eterna. vt cognoscat te ūm deum et quem misisti ihm christum.

Opa. i. impietas et incredulitas et odiū eius lucis et nolle eam aspicere et velle in tenebris permanere.

Scientia q̄ multa datur nescit quis non credat oste dit qua multa saluentur q̄ credit.

